
TRACTATVS NOVVS AVREVS ET SOLEMNIS DE HAERETICIS.

CLARISSIMI FAMOSISSIMIQVE IVRISCONS. DOMINI IOANNIS CALDERINI.

IN QVO OMNIA QVAE AD OFFICIVM inquiſitorum contra hæreticam prauitatem ſpectant

ITA ORDINATE, SVBTILITE  magiſtraliter in quadragintauno capitibus tractantur, vt nil ord ſubtilius, & magiſtralius tractatum deſiderari poſſit.

CVI ADIECTA EST NOVA FORMA PROC contra de hæreſi inquiſitos, praxin totam exactiſſime complectens, Iud fiſcalibus, & notarijs ipſius officij vtilis admodum & necessar

Cum ſummarijs, & Indicibus copioſiſſimis.


CVM PRIVILEGIIS.






VENETIIS, ad Candentis Salamandræ Inſigne.
M D LXXI.





DAMIANVS ZENARVS LECTORIBVS S.



NON minima ijs debetur laus, qui, virtutis amore incensi, totos dies in litteris ponunt: ijs vero multo maior, qui ad hanc laudem alia extrinsecus petunt: vt iuuent scilicet litteratos viros, ijsque, quantum in ipsis est, opem ferant. Qui hanc laudem assequitur, ille inter homines & haberi, & dici vere maximus potest. nam, summum Deum imitans, ad archetypum quotidie propius accedit. Inter hos praecipue semper id in omni vita assidue & conatus, & assecutus est D. ROCHVS CATANEVS, Veronensis, Juris vtriusque cognitione insignis, Protonotarius Apostolicus, Illustrissimi & Reuerendissimi Pontificii Legati in Venetorum Dominio Auditor: qui cum hoc praeclare sentiret, instructissimam librorum supellectilem non sibi solum, verum & studiosis omnibus comparauit. Nihil enim ille libentius agit, quam cum sua litteratis uiris communicat. Ideoque non solum mihi non denegauit, verum & liberalissime detulit, ut in vulgus ederem Calderini librum de haereticis, & formam procedendi contra eos: libros vere aureos, & ex quibus summam vtilitatem homines capere possint. Magnae igitur ipsi Cataneo huiusce suae liberalitatis gratiae sunt agendae ab omnibus. & quam uis, qua est humanitate praeditus, non hoc spectat, vt nomen ex hoc consequatur, qui multis tamen nominibus celeberri-

mus est, nostrum tamen ut munus persoluamus, quantum in nobis est, eniti debemus, ut tanto viro de tantis in nos meritis, si non omnino, (nam hoc quis praestare possit?) aliqua saltem ex parte, satisfactum a nobis esse homines intelligant. Valete. Venetijs, Kal. Jan. M D LXX.

INDEX

INDEX MATERIARVM PRINCIPALIVM QVAE IN SINGVLIS CAPITIBVS PERTRACTANTVR.

Expliciunt capitula huius operis

TRA-

TRACTATVS CLARISSIMI IVRISC.

DOMINI IOANNIS CALDERINI,

inter primarios suæ ætatis celeberrimi. in quo materia hæreticorum ita ordinate tractatur, ut nil facilius uel utilius desiderari possit.

CAPVT PRIMVM.

Vnde dicatur hæreticus, & unde scismaticus.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici nomen unde descendat, & in hoc referuntur multorum opiniones.*
2 *Hæretici nomen quid significet.*
3 *Hæretici diffinitio secundum Beatum Hieronymum, & ibi quomodo differant hæresis & scisma.*

1 QVIA † prius nosse oportet unde nomen hæretici de-
scendat. ff. de iust. & iure. l. j. in prin. Idcirco est scien-
dum, ꝙ hæretici nomen descendit. seu hæreticus dici
tur secundum quosdam ab erro & recto. Quia sit cō
positum ex erret recti. unde hæreticus idest errãs a
recto siue a rectitudine fidei catholicæ. Hinc est qđ
hæreticus dicitur qui etiam læui argumento a ritu ca
tholicæ fidei noscitur deuiare, ut C. de hæreticis l. ij. in fin. Alij dicuntꝙ
hæreticus dicitur ab hæcisco hærciscis quod idē est ꝙ diuido diuidis. i. di
uisus. Inde hæresis. i. diuisio ab unitate fidei, nam & iudicium familiæ her
ciscundæ inde sumptum exponitur sic. i. familiæ seu hæreditatis diuiden
dæ. Et hæremita. i. diuisus & separatim morans ab alijs, & ista fuit opinio
Azonis in summa. C. eo. tit. in prin. ad quam facit vij. q. j. denique. & iiij.
2 q. j. quod autem. Et hæc opinio potest iuuari † ex eo ꝙ dicitur, quod no
men hæretici denotat sectionem seu diuisionem, prout probatur in tex
tu in quadam extrauaganti Federici Imperatoris. Quæ incipit. Inconsu-
tilem tunicam, Quamuis & ibi dicatur ꝙ hæretici quidam appellant se-

ipsos patarenos. quia debeant pati mortem, & dicuntur a patior pateris, tanquam martires patientes pro illa ipsorum fide, quæ potius est perfidia appellanda. Alij dicunt ꝙ hæreticus dicitur ab hæreo hæres, siue adhæreo adhæres, & error, unde hæreticus idest hærens siue adhærens errori. Quia error per se non facit hæreticũ, sed errori adhærere hoc facit hæreticum, ut infra patebit. Omnes istæ opiniones tendunt ad unum ueritatis finem, & ideo quælibet potest teneri & quancunque teneas sem-

3 per est dicendum exinde descendere nomen hæresis. Quamuis † Hiero. in quadam sua epistola diffinierit, ꝙ hæresis græce ab electione dicitur, quasi eligens, nã hæreticus eligit sibi illam opinionem quam putat meliorem, ut. 24. q. 4. hæresis. Quæ autem sit differentia inter hæresim & scisma, dic ꝙ talis est differentia qualis est inter genus & species, nam scismaticus est ille qui est scisus & diuisus ab ecclesia, scisma enim idem est ꝙ scissura, quæ denotat sectionem, seu diuisionem ut. 24. q. 1. Scisma, nec propterea omnis scismaticus est proprie hæreticus. statim cum diuiditur ab ecclesia, sed omnis hæreticus bene est scismaticus. Et sic hæreticus est genus & scismaticus est species. ut. 24. q. 3. Inter scisma & not.

CAPVT SECVNDVM.

Quot modis summatur hæreticus, & quis proprie dicatur hæreticus.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus in iure quotupliciter summatur, & qualiter primo modo.*

2 *Ignorantia iuris an excuset errantem circa materiam hæresis.*

3 *Fideles quomodo teneantur circa articulos fidei, & pertinentibus ad religionem.*

4 *Dubiorum declaratio circa articulos fidei spectat ad sedem Apostolicam.*

5 *Hæreticus 2. 3. 4. 5. & sexto modo quis dicatur.*

6 *Hæreticus 7. 8. 9. & 10. modo qui sit.*

7 *Hæretici qui dicantur stricto & generali modo sumpti.*

8 *Inquisitores an poßint se intromittere circa iudæos, paganos, & alios infideles.*

9 *Sectæ hæreticorum stricto modo sumptorum quot sint, & quomodo differant.*

Hære-


AERETICVS in iure summitur multis modis, siue hæreticorum genera sunt multa. Vno & primo modo dicitur hæreti
1 cus † is qui male sentit & docet de fide, uidelicet de corpore Christi de Baptismate, de Peccatorum confessione, de Matrimonio, uel de aliis ecclesiæ sacramẽtis, & generaliter qui de aliquo prædictorum, uel de articulis fidei aliter prædicat, docet, uel sentit, quàm doceat & sequatur sacrosancta Ro. Ecclesia hæreticus dicitur, extra de Sũ Tri. & fi. ca. c. j. & ij. de hæreticis ad abolendam. In prin. 24. q. j. Hæc est fides. & uide extra de uerbo. sign. c. super quibusdam, in prin. nã omnino censetur hæreticus is qui non tenet id quod docet & sequitur sancta Ro. ecclesia. ut. xj. di. c. fin. & c. Nolite. extra de Summa Trini. & fi. ca. c. j. li. 6. & facit ꝙ no. per Bar. extra de Summ. Tri. & fi. ca. in gl. magna super Rubrica. ueri articuli fidei qui habentur in symbolo credo in unum Deum seriose narrantur. De quibus articulis habetur in simbolo. Quicunque
2 uult. Sed circa hoc † quæro antequàm ad ulteriora procedam, si is qui deprehenditur errare, dicat se deductum fuisse in errorem per iuris ignorãtiam, an excusabitur uel non, dic, ꝙ si implicite tenet & sequitur id ꝙ docet & prædicat sancta Ro. ecclesia licet explicando erret, motus quadam ratione naturali, ut quod pater sit maior & prior filio, tunc excusabitur ut extra de Summa. Tri. & fi. ca. c. dãnamus. in fi. ad quòd 24. q. j. hæc est fides, & q. 3. dicit Apostol. At si implicite & explicite errat, non excusatur. Quia religio erga Deum est de iure quasi naturali. ut. ff. de iustit. & iur. l. ueluti. & ignorantia iuris naturalis uel quasi naturalis non est tollerabilis. ut. ff. de Adult. l. si adulteriũ. §. stuprum. C. de in ius uocan. l. ij. Item iste ignorat cultũ fidei, quæ est publica non omnibus uere uel præsumptiue, nam secundum Apostolum ad Corin. 14. in omnem terrã exiuit sonus eorum. Et sic ignorans est in lata culpa, ut. ff. de uerborum sig. l. cedere. §. fina. l. late. & l. magnam. nam non excusatur, maxime cũ potuerit facile consulere peritiores. ff. de bo. po. l. in bonorum. quis or. in bo. seruet. l. ij. §. fina. de iuris & facti igno. l. regula. §. sed iuris. Et patet, j. q. j. notandum. 35. di. in prin. Et merito huic potest dici. Qui ignorat ignorabitur. 37. di. §. uult. 38. di. Qui causa. 15. q. 1. §. j. & ibi de hoc.
3 Debet † ergo quilibet fidelis scire & tenere cultum & articulos fidei, saltem implicite tenendo quòd tenet ecclesia, extra de Sum. Trini. ca. j. & ij. ex. eo. c. fideli. li. 6. Hac tamen distinctione habita. Quia Episcopi & maiores prælati debent hoc scire explicite. ita quòd sciant omni poscenti de omnibus reddere rationem. 36. di. §. ecce. 38. di. omnes psallentes, cæteri uero clerici scire debent explicite, nõ tamẽ sic districte, ut. 38. di. c. j. & ij. Cum se. Et est ratio, quia in prioribus requiritur scientia eminens,

nens,In istis sufficit competens,ut extra de elect.Cum nobis olim.cum concor. laicis uero sufficit hoc scire implicite idest tenere quòd tenet ecclesia, ut supra. probatur. Et uide per Innoc.dict.c.j. de Sum. Trini. su-
4 per†quibus articulis si aliqua dubietas oriatur,eius declaratio est sedi apostolicę reseruata ut extra de Baptismo.c.Maiores. Et quia supra fuit habita mentio de sacramentis ecclesiæ, uide quæ & quot sint ecclesiæ sacramenta extra de translat.c.ueniens.uers. de ijs notatur in glo. Et aduerte ad id quòd dixi de confessione peccatorum,nam de facto uidi damnari quendam sacerdotem. pro eo quia dum esset fornicarius & nihilominus quotidie celebraret,dicebat quòd hoc licite faciebat, quia credebat quòd quando se parabat ad missam per appositionem sacrarum uestium cessarent sua peccata ita quòd remaneret mundus donec staret sic paratus.Certe istud est prorsus hæreticum.Et Romana Ecclesia aliud tenet de remissione peccatorum uidelicet quòd non conceditur nisi correcto,ut in regula iuris c.peccati uenia. Ad quam correctionem tria exiguntur.s.oris coufessio,cordis contritio,& operum satisfactio. ut de pœnitentia.di.3.c.perfecta.Et quòd ibi no.

5 Secundo†modo dicitur hæreticus is qui falsam de fide catholica opinionem gignit uel sequitur, ut 24.q.3.hæresis.Et c.hæreticus. cum capitulis sequentibus. & inter istos, quo ad nomen posset differentia assignari. Nam gignẽs errorem debet proprie appellari hæreticus, sed sequens errorem debet appellari credens errori ut dicetur infra.c.ex quibus indiciis &c. Est & alia differentia, quia ille qui gignit proprie dicitur hæresiarcha,sicut ille qui pertinaciter defendit errorem ut 24.q.3. Qui aliorum.Tertio modo dicitur hæreticus. quicunque sacram scripturam aliter intelligit quàm Spiritus Sãctus flagitet,Et sic errat in expositione scripturæ sacræ.ut.24.q.3.hæresis.& 27. di. relatum. cum similibus. Quarto modo dicitur hæreticus qui ex contemptu Romanæ Ecclesiæ,uel summi pontificis transgreditur præcepta sedis apostolicæ, & ea contemnit seruare,Et etiam qui negligit & despicit seruare decretales, quasi uideatur contemnere claues,ut xx.di.de libellis.xix.di.nulli. Quinto modo dicitur hæreticus is qui peruertit ecclesię sacramenta,ut est symoniacus qui uendit uel emit ecclesiæ sacramenta.j.q.j.eo quòd pecuniam.v.q.j. sed licet.j.q.ult.per tot.Sexto mõ dicitur hæreticus omnis qui quomodocunque ab unitate catholicæ fidei & communione fidelium est diuisus. 4. q. 1.Quod autem, &.7. q.j.denique.Et secundum hoc,largo modo omnis
6 iudæus,gẽtilis,& scismaticus est hæreticus.Septimo†est hæreticus,is qui dubitat de fide catholica,ut extra de hæreti.c.j.nam debemus,ut censeamur fideles,firmiter credere & simpliciter confiteri,extra de summ.Trin.

& fi.

& fi.ca.c.firmiter.Et extra eo.c.fideli.li.6.Accedat alia ratio ad probandum ꝙ dubius in fide est infidelis. Nam dubitans non est in fide. Et qui non est in fide est contra fidem. Vt C.de Iudæis.l.Cælicolarum.cōcor. extra de hæreticis.c.firmissime.Et ibi de hoc no.Octauo modo dicitur hæreticus qui Ro.ecclesiæ priuilegium ab ipso summo ecclesiarum capite conatur aufferre.22.di.c.j.Nono dicitur hęreticus is qui non recipit nec credit id quod prædicant quatuor sacrosanta concilia, ut.C.de hæreti.l. Quicunque. Decimo dicitur hæreticus largo modo omnis qui præcisus est ab ecclesia, & secundum hoc excommunicatus dicitur hæreticus. ut 4.q.1.c.ij.De ijs uariis modis hęreticorū no.24.q.3.Illi.c. Quia uero. de hęreticis,in glo.uario modo.Et no.Bar.in dicto.c.firmissime.no.Gofre.in summa.eo.tit.& no.Archid.extra.eo.c.2.in prin.lib.6.

7 Sed comprehendendo† stricto modo & generali omnes qui incidunt in errorem sub una quasi diffinitione,potest dici, ꝙ hæreticus est ille qui a recto tramite & iudicio catholicæ fidei detectus fuerit deuiare, ut.C. de hæreticis.le.ij. in fi.uel aliter stricto modo & proprie hæreticus est ꝗ falsam de fide catholicā opinionem gignit uel sequitur, ut 24. q. 4. hæreticus.Et supradictum fuit.Sed uidetur quòd præmissa omnia extendantur etiam ad iudæos,paganos,gentiles,& similes,Quia ij omnes tales deuiant a ritu catholicæ fidei,& non tenent id quod tenet Sancta Mater Ec

8 clesia.Et per † hoc uidetur quòd Inquisitores possint se intromittere de ipsis reducendis, cum eorum potestas extendatur contra hæreticos, Et isti omnes sunt hæretici,ut patet ex præmissis.Sed tamen dic quod supra dicta & infra dicenda intelligantur de christianis Baptizatis, & iam alligatis fidei,& postea errantibus. Nam alij non baptizati sunt extra ecclesiam,& ecclesia non intromittit se de eorū reductione,nisi uerbis & blanditiis seu rectis consiliis.45.di.Qui sincera,Et.c.licet. Nam alligati fidei catholicæ per baptismum cogendi sunt ipsam fidē colere & seruare,Nō alligati uero non sunt cogendi. ut extra de Bap.c.Maiores.§.sunt autem. uer. sed opponitur. Immo dicit canon, quòd sicut homo libero arbitrio periit.Ita libero arbitrio conuertatur.ut.45.di.ca.de Iudæis.Et secundū hoc debent intelligi iura extra de diuor.c.gaudemus.Ad quod extra. eo. c.contra christianos.lib.6.Et faciet quod dicetur infra in Rubrica. An & ex qua causa possit procedi contra iudæos cap.36.

9 Sectæ † autem illorum qui stricto modo & proprie dicuntur hæretici sunt quasi infinitæ & tot quot sunt errores in quos incidunt, dum tamen scias quòd incidentes in antiquos errores denominantur uariis uocabulis.Et suas determinationes quidam assumant a suo proprio authore erroris,ut sunt Nestoriani,Ariani,Donatistæ, Eutichiani,& similes. Quidam

dam uero alij assumunt suas denominationes ab ipsa causa,seu falsa opinione,sui erroris,ut Ariribati,Methagij,Accefalasiæ,& similes. Qui tamen omnes sub appellatione hæretici comprehenduntur.ut 24.q.3.c. Quidam autem.usque in finem quæstionis. ex quibus autem causis quis hæreticus detegatur,statim infra latissime differetur.

CAPVT TERTIVM.

DE CREDENTIBVS hæreticorum,& participantibus cum hæreticis.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticis proximi qui sint,& qui dicantur credentes hæreticis.*

2 *Voluntas uerbo uel factis declaretur,non refert.*

3 *Credentes hæreticis censentur hæretici,& pari pœna cum hæreticis puniuntur.*

4 *Credens hæreticis dicitur qui plusquam semel iuit ad audiendum prædicationes hæreticorum.*



Ictum est supra de hęreticis,sed illis proximi sunt credentes, defensores,fautores,& receptatores,& ideo de istis,& quolibet ipsorum est latissime differendum & primo de credenti-
1 bus,& postea de cæteris successiue.Quod autem † sunt proximi hæreticis omnes prædicti probant iura.extra de hæreticis.cap. excommunicamus §.credentes.& C.eod.tit.auth. credentes. Quæ fuit Federici Imperatoris.& habetur in decima coll.& approbata extra eo.tit.c.Inquisitionis,in principio lib.6. Credentes igitur dicuntur illi qui uerbis uel factis ostendunt se credere erroribus hæreticorum,& uerbis quidem ostendit quis se credere, quando dicit & profitetur se credere erroribus illorum,Nam per sua uerba & suam assertionem iudicatur credens, Quod ex uerbis detegitur intentio uoluntatis.ff.de supell.leg. l. Labeo. & facit quod dicitur,propria uoluntas in confessione monstratur.Et de consecr. dist.4.cum pro paruulis.& cap.si qua mulier.12.q.2. Is autem. Factis uero detegitur quis esse credens hæreticorum dum id facit in quo exprimitur ipse error & credulitas erroris,ut puta. Quod ad hæreticos scienter uadit,& ad prædicationes eorum,uel exhibet eis reuerentiam secundum suos mores,uel recipit ab eis consolationem,imo uerius desolationem,uel communionem,uel manus impositionem,uel alia facit quæ pertinent

tinent ad ritum seu sectam superstitiosę religionis illorum, nam talis dicitur esse credens, ut extra de hæretic. capitulo filij. lib. 6. Non enim re-
2 fert quis declaret uoluntatem suam uerbis an ipsis rebus & factis, ut ff. de legibus. l. c. de quibus. in fin. xx. q. 3. in quo progenitores. xj. q. 3. existimant. Et ex factis præsumitur de affectu, ut. C. de dolo. lege. dolum. ff. de excep. do. l. 1. in fi. de cond. instit. l. quidã testamento. in fine. extra de big. nuper. 32. q. 5. Qui uiderit, & capitulo sicut enim. Immo plus est facto quàm uerbo aliquid facere ad declarandam uoluntatem, ut extra de appell. c. 1. & dicto capitulo existimant. Concor. extra de consti. c. cum accesissent. & extra de regularibus capitulo. j. in fine. lib. 6. & signãter dixi quod quis detegitur credens ex factis in quibus exprimitur ipse error, nam si in ipsis factis non exprimeretur error non censeretur propterea credens. Hinc est quòd quantuncunque quis publice persistat in peccato mortali, puta usurarum uel simili, non potest tamen contra eum procedi tamquàm contra hæreticum uel credẽtem se non peccare, nisi alia subsint. ut extra. eo. c. Accusatus. §. sane. lib. 6. & dicetur infra in titulo Rubricæ de existente publice in peccato mortali. cap. 35.

3 Et scias quòd prædicti qui uere cẽsentur credentes ex uerbis uel factis censentur hæretici. & pari pœna cum hæreticis puniuntur, ut extra de hæreticis cap. placet. §. finali. & de uerborum significa. super quibusdam. in prin. & dicetur infra de pœnis hæreticorum. sed circa hæc quęritur. Pone quòd aliquis uisitauit uel assotiauit hæreticum, uel ei præstitit alimoniam, Nunquid ex prædictis censebitur credens uel hæreticus. Dic ꝙ non, nisi talis foret relapsus, ut dicto capitul. Accusatus. §. ille quoque. Sed reputabitur uel fautor, uel receptator, ut infra in sequentibus apparebit, Et per hoc ostendit se suspectum de hæresi, adeo quòd erit sibi purgatio indicenda, ut extra de hære. c. excommunicamus. §. Qui autem. &
4 latius infra dicetur. Sed pone quòd aliquis uadit scienter ad audiendum prædicationem uel dogma hæreticorum, Nunquid erit censendus credens? Dic quòd sic si iuerit ultra q̃ semel, cũ par crimen & par culpa sit, prohibita discere & docere, ut. C. de mathematicis. l. culpa. nam. Ex binario actu uidetũ crimẽ trahi ad cõsuetudinẽ. C. de epi. audi. l. Mæuio. uer. iis, ad quod extra de ui. & ho. cleri. c. monasteria. si uero tantum semel, & postea noluit ulterius redire ad audiendum uel discendum, tunc non iudicabitur credens, quia non uidetur approbasse ꝙ postea euitauit, extra de præsump. c. ex studiis, ff. de ritu nup. l. plęrique. & de diuortio. l. diuortium. Et de hoc no. Archi. extra eo. c. 2. lib. 6. Et ꝙ s̃ dr̃ ꝙ uerba detegũt quis sit credens uel hæreticus, intellige uerũ esse in eo q̃ sciẽter & appẽ sate sciuit prolata, ut infra dicetũ ca. ex q̃bus indiciis quis hr̃ticus detegit̃.

CA-

CAPVT QVARTVM

De defensoribus hæreticorum.

SVMMARIVM.

1 *Defensores hæreticorum quot modis dicantur.*
2 *Defensor hæresis, & defensor hæretici diuersimode puniũtur, & quomõ.*
3 *Defensor consanguinei an uideatur facere ratione sanguinis, uel in contemptum fidei.*

1 DEfensores†dicuntur duobus modis, uno modo cum quis publice defendit errorem. Et talis dicitur hæreticus manifestus. ut extra de uer.sig.c.super quibusdam. immo non solum appellatur hæreticus, sed hæresiarcha, quasi sit uas erroris, & archa ad conseruandum errorem.ut.24.q.3.Qui aliorum. Alio modo dicitur defensor is qui non defendit errorẽ, sed hæreticum seu personam erratẽ ut non ueniat ad manus inquisitoris seu iudicis. Quam quidem defensionem personæ quis facit multis modis, præstando sibi auxilium ad suę personæ defensionem, uidelicet tenendo familiam uolentem capere hæreticum, uel impediẽdo captionem illius, per obiectum sui corporis uel per coadunationem gentiũ & uiciniæ, uel etiam cum solis clamoribus, uel iis similia faciendo, nam per talia dicitur quis defendere personam.ut. ff.ad sillani. l.j. §.excusatur, & l.cum dominus.eo.titu. & sicut primus dicitur defensor erroris, ita & iste proprie dicitur defensor hæretici.ut xj.q.v.Si quis cuiuslibet.& capit.Si forte.Et quasi per totum.& 27.q. 1.Si custos.
2 Vnde † inter istos est differẽtia quoad pœnam, quia primus damnatur tã quàm hæreticus, ut dicto.c.super, sed iste alius defensor hæretici nõ damnaretur pro hæretico, quamuis insurgat hæresis suspitio contra eum, pp. quam est sibi purgatio indicenda ut de hoc & aliis sequentibus, & eorum pœnis infra probatur manifeste.
3 Sed†quid si aliquis defendit consanguineum suum, an sic uideatur potius facere affectione sanguinis quàm contemptu fidei. Nam in dubio præsumetur hoc fecisse sanguinis affectione, ob istam notabilem præsumptionem sanguinis ut.ff.pro sotio.l.merito. Certe dicunt quidam ꝗ nihil sibi proderit ad uitandum pœnam, ut arg.27.q.1. de filia. & ar. extra.eo.c.In eos, quod intellige uerum ut eximas a tota. Sed a tanta nõ eximitur, quia minus punietur. ut.ff.de recepta.l.fi.nam quædã ratione sanguinis tollerantur, quæ non tollerarentur alias, ut dicta lege finali & ff. de suspec.tut.in l.tutor.& ibi not.

CAPVT

CAPVT QVINTVM

DE FAVTORIBVS HAERETICORVM

SVMMARIVM.

1 *Fautores hæreticorum tribus modis dicuntur, ommittendo, cooperando, & consulendo & id quomodo intelligatur.*

2 *Fautor hæretici dicitur, qui tenetur indicare & non indicat, & ibi quod omnes tenentur hæreticos indicare.*

3 *Facto seu cooperatione hæreticis fauere quomodo quis dicatur.*

4 *Hæreticis uerbis fauere quando & quomodo quis dicatur.*

5 *Ignorantia facti non est punibilis, quia etiam prudentißimos fallit.*

1 FAutores † dicuntur tribus modis. Nam quandoque dicitur quis fauere hæreticis sola ommissione seu negligentia, aliquando cooperatione & facto, Aliquando cõsilio seu uerbornm prolatione, de quorum singulis per ordinem differemus. Et certe commissione & negligentia dicitur quis fauere hæreticis dupliciter, uno modo in puniendo, alio modo in indicando, nam si is qui habet potestatem puniẽdi hæreticos scienter hoc negligit, uidetur fauere eis, & incidit in suspitionem hæresis, ut in se ipso uideatur errare. ut extra de hære. c. qui alium de homi. sicut dignum. §. illi uero, negligere ergo, cum possis, peruersos nihil aliud est quam fauere, ut. ff, ad. l. aquil. l. scientiã. in prin. & de nox. lege in omnibus, extra de senten. excommu. Quantæ. & 2. q. 7. negligere. 83. di. error. 23. q. 3. ostendit, Et dicit quòd rectores simili pœna puniuntur si facinora neglexerint uendicare. ut. C. de fa. & paganis. l. prima in fine. Nam non caret scrupulo societatis iniquæ qui, cum põt, manifesto facinori desinit obuiare. ut dict. c. Negligere. & dicto. c. error. & C. de commerciis mercatorum. l. ij. cum similibus.

2 In indicando † uero uidetur id dicendum in eo qui tenetnr hæreticũ indicare, quia ille qui iurauit indicare hæreticum ad petitionem forte inquisitoris, qui quotidie exigit a multis hoc sacramentum. per c. excommunicamus. j. §. adiicimus. de hæret. si scienter hæreticum non indicat ipsum immo celat, per hoc potest censeri fautor, cum ad hoc ex debito teneatur 11. q. 3. Quisquis. Ad hoc facit 12. q. 5. Qui audit, & capitu. hoc uidetur. Sed quid si is qui non iurauit indicare interogetur ab inquisitore de hæreticis & scienter eos celat, & recusat ipsos indicare, nunquid ex hoc censebitur fautor eorum, dic quòd sic, quia iam illud est dictum, ꝙ omnis

omnis qui tenetur indicare ex debito, non indicando, celando scienter incidit in suspitionem fautoris,& illud constat aperte, quòd quilibet christianus etiam sine iuramento tenetur ex debito indicare hæreticum,cum teneatur indicare in minoribus delinquentem, ut ar. ff. de iure fisci.l. ex quibusdam.§.Diuus.de offic.præsi.l.congruit.ad quod.ff. de condit. ob tur.caus.l.4.§.placet.& ꝙ ibi not.ueniat extra de furt.qui cum furem.in dicto cap.qui audit cum sequenti.22.q. 5. & habetur expresse in quadam cõstitutione Innocẽtij Papæ quam edidit & incipit nouerit uniuersitas. §.Itẽ si quis hæreticos,ubi Papa præcipit omnibus indistincte ꝙ sub excommunicationis pœna debeant quos sciuerint hæreticos inquisitori uel Episcopo uel saltem suo confessori indicare,sic quòd possit ad inquisitoris notitiam peruenire, Et sic restat quòd omnes scientes non indicantes ipsos censentur ex obstinatione & negligentia esse fautores, cum omnis ex debito teneatur per iura prædicta. Et maxime ubi constituti coram inquisitore & iurati dicere ueritatem eam supprimunt celando scienter hæreticum,& committendo sic falsum ,ut extra de falsis cap.j.

3 Facto† seu cooperatione dicĩ aliquando quis fauere hæreticis,puta si eos sciẽter assotiauit,ipsos uisitauit,ipsos pauit seu alimoniã eis pstitit Itẽ ille qui ad euadendũ præstitit eis auxiliũ & fauorẽ,non dico per obiectum sui corporis,ut per hoc differat a defensore,ut puta quia ministrauit sibi ea per quæ tute fugiat & euadat. ut insti. de obliga.quæ ex delic. nas.§.ope.ff.de furt.l.pignor.§.placet.& leg.in furti.§. recte. ad quòd extra eo.de hæreticis.c.ut officium §.prohibemus.& c.accusatus.§. sacerdotes.23.q.4.cum iniusta.

4 Verbis† autem quis dicitur fauere,cum scienter excusat hæreticos publice,uel excessum eorum,& dum ipsis hæreticis scienter præstat consilium ut euadant.Item dum sciens ipsos hæreticos,fundit pro eis præces ne puniantur, nam ex prædictis & similibus dicitur quis fauere uerbis & consilio, prima duo.s.de excusatione & præstatione consilij probantur. 11.q.3.Timendo.& c.ita.& 2.q.1.c.ult.& extra eo c. Accusatus.§.sacerdotes,lib.6.Ver.istud enim concordat.& extra.eo.ca. si aduersus. Et accedat.C.de epi.& cle.l.quicunque.& merito dixi scienter,in omnibus supradictis,cum in omnibus delictis attendatur scientia & propositum, ut.ff.ad.l.cor.de sic.leg.Diuus.& de furtis. qui iniuriæ. extra de senten.

5 ex.cum uoluntate.ignorantia† enim facti non debet puniri, quia illa fallit prudẽtissimos.ut.ff.de iur.& facti ignorãtia.l.ij. & extra de cle. excõ. ministrante.c.apostolicę.ad quod extra de regu.iuris.c.ignorantia.li.6. & succedat quòd dicitur quòd scientes non ignorantes ligat edictum.ut ff.de decret.ab ord.facien.l.fi.cum simil.

CA-

CAPVT VI.

DE RECEPTATORIBVS hæreticorum

SVMMARIVM.

1 *Receptatores hæreticorum qui dicantur.*
2 *Receptator hæretici an quis dicatur qui semel receptauit, ad hoc ut puniri possit ut hæreticus, uel requiratur bina receptatio.*
3 *Archidiaconus reprehenditur quod aliena dicta sibi appropriauerit.*

1 REceptatores † dicuntur illi qui scienter hæreticos recipiunt in suis domibus, & eos occultant ut sic euadant manus inquisitorum. Ita probatur. ff. de recept. l. j. & l. ij. Et ff. de offi. præsi. l. congruit. C. de ijs qui latro. per totum. Et maxime in l. j. ubi dicitur, quod grauius punitur qui scienter receptat & assotiat fugientē q̃
2 qui solum latitantem occultat. Sed circa † hoc quæritur an is qui receptauerit tantum semel hæreticum propterea censeatur receptator, an exigatur quod bis uel sæpius. Et dicas quod sufficit quod semel hoc fecerit, ut. ff. de Adult. l. Mariti. §. Quæstum. Ad hoc uide extra de pœnis. c. fœlicis. li. 6. Si tamen receptatus erat consanguineus, mitior erit pœna, ut dixi superius in c. de defensoribus, in fine. De prædictis autem credentibus, defensoribus, fautoribus, & receptatorib. plene no. ex dictis Hostiensis in summa sua in eo. tit. & maxime in §. Qua pœna. Et plenius ad huc notat dominus Archidiaconus extra eo. c. ij. lib. 6. in suo apparatu.
3 Salua † tamen reuerentia dicti domini Archidiaconi, illa non fuerunt sua uerba, sed ea habuit & transumpsit appropriando ea sibi ex quadam consultatione olim tradita inquisitoribus hæreticæ prauitatis per uenerabilem patrem dominum Guidonem, Qui postea fuit Papa. Et uocatus est Clemens quartus, & incipit quoniam illis, & exinde dominus Archidiaconus commentauit illud c. ubi plene disseruit de prædictis.

CAPVT VII.

EX QVIBVS indiciis & præsumptionibus extrinsecis detegatur error mentis, ut per hæc hæreticus censeatur aliquis.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticis ipsis credentes sunt in pari culpa, & ueniunt pari pœna puniendi.*

2 *Hæreticus detegitur duobus modis, ex uerbis & ex factis & id quomodo intelligatur ex uerbis.*
3 *Hæreticus ex factis quomodo quis detegatur.*
4 *Error cum consistat in animo non pōt nisi per exteriora indicia constare.*
5 *Libros hæreticorum penes se tenens scienter, an censeatur hæreticus, & credens.*
6 *Hæreticus non est qui ad prædicandum hæreticis uadit, non ut ab illis instruatur, sed ut illos instruat & reducat.*
7 *Hæreticus an sit qui per iocum, lubricum linguæ, uel calore iracundiæ dixit aliquod uerbum hæreticum.*
8 *Ebrius proferens uerba hæretica an sit ut hæreticus puniendus.*

1 QVia hæreticus† & credens hæreticorum ambulant paribus passibus seu sunt in pari culpa, & ob hoc ueniunt pari pœna plectendi. ut extra de hæret. c. placet. §. fi. ad quod. C. de epi. & cle. l. si quenquam. satis probabiliter de hæretico possnnt dici, & in hæretico intelligi omnia quæ supradicta sunt seriosius de credente, uidelicet qūo quis detegatur credens erroris, ut per ea detegatur hæreticus, sed tamen inhærendo prædictis repetam aliqua circa hæreticum specialiter, ne hæc sub illa generalitate relicta uiderentur forsitan esse neglecta. ut ff. de iniur. Item apud. §. hoc edictum. Accedat extra de hæreticis. c. si aduersus.

2 Dic† ergo quod hæreticus detegitur duobus modis, uno modo ex uerbis. alio modo ex factis. Ex uerbis detegitur hæreticus, puta quia dicit aperte uerba hæretica, seu quæ sapiunt hæresim manifeste. Quæ autem uerba sunt illa clare ostensum est supra capitulo. Quot modis summatur hæreticus. Nam ex sola professione uerborum seu confessione uerborum hæreticorum scienter & ex proposito facta ostendit quis se errare & hæreticum esse, quia propria uoluntas in confessione monstratur, & talis est intentio qualia uerba sonant. iura ad hoc latissime supra fuerunt allegata circa capitulum de credente.

3 Ex factis† uero detegitur quis hæreticus, quia componit libros erroneos seu erronea continentes, ex hoc enim facto detegitur error suæ mentis, & conuincitur ex suis codicibus, ut extra de sum. Trin. c. damnamus. extra de hæreticis. c. fraternitatis. Itē quia recipit consolationem, uel uadit ad audiendum prædicationem, uel dogma hæreticorum, uel alia similia facit, per quæ detegitur ipsum errare, sicut multa dicta fuerunt supra in capitulo illo de credentibus. Qui credentes non discrepant ab hæreticis in excessu criminis, nec in pœna, ut superius est probatū, Et in

hoc

hoc ſolo poſſet inter eos differentia aſsignari, uidelicet quòd hæreticus gignit errorem, & credens ſequitur illum. Quaſi hæreticus incipiat errare a ſe ipſo, & credens adhæreat errori alterius, & ſequatur illum. Et ad hoc uide ſupra capitu. Quot modis ſummatur hæreticus. uerſ. eo modo. Ex ijs igitur probatur error mentis & intentio uoluntatis, nam euidentisſima eſt facti probatio quæ non poteſt aliqua tergiuerſatione celari, ut ſecunda quæſt. j. Quando autem. Et ibidem no. in gloſſ. non ſedentis ueniat extra de accuſat. euidentia.

4 Cum enim error†conſiſtat in animo & in mente non poteſt de eo cõſtare niſi per extrinſecus, & per exteriora inditia ut extra de uſuris, in Ciuitate. 32. diſtin. erubeſcant. 11. quæſ. 3. aliorum. 2. q. 6. cõſuluiſti. 41. di. in fin. ueniat ad finalẽ. ff. de condi. inſtit. lex quidam teſtamento. & ff. de acquir. re. do. le. naturalẽ. uerſi. in ijs cũ ſim. Quãuis enim quis nihil dicat uel neget ſed taceat, tamen cenſetur hæreticus, quandocunque appareat eum male de fide ſentire, nam ex corde & ex mente iudicatur quis hæreticus. ut extra de hæret. c. j. 23. q. 3. hæreſis. & capitulo, hæreticus. Et Deus eſt qui perſcrutatur renes & corda, qui interrogat cor & audit in corde, & nihil ignorat ut 17. q. 1. §. an ergo, 14. q. 5. & quid. 16. q. 6. capitulo. j. & de Iudiciis. capitulo. Nouit. Iudex tamen qui eſt homo non poteſt de corde iudicare niſi per hos actus extrinſecos, ut ſuperius eſt oſtenſum.

5 Sed pone†quis non edidit nec compoſuit librum erroris, uel erronea continentem, ſed talem librum ab hæretico compoſitum ſcienter recipit, & eum tenet penes ſe, Nunquid per hoc cenſebitur hæreticus eſſe ſi ue credens. Dic quòd non, ſed inſurget uehemens ſuſpitio hæreſis cõtra eum, quia nullus dicit tales libros ſcienter ſuſcipere uel tenere, immo is ad cuius manus perueniunt debet ſtatim igne comburere, uel inquiſitori ſeu Epiſcopo, hoc eſt eccleſiæ reſignare, ut per ipſos comburantur, ut extra de ſumma Trinita. capitulo. damnamus. in princip. & in fin. extra de hæret. capitulo fraternitatis. ueniat. C. de Epiſ. audi. lex. mathematicos. & C. de hæret. quandocunque. in fi. & arg. 5. q. 1. capitulo. j. & capitulo. ſi quis. Alioquin ex facto & hac ſua retentione talium librorum, ſicut ex aliis inſurgit uehemens ſuſpitio hæreſis contra aliquem, uidelicet ſi cum hæretico conuerſetur, ſi euitet communionem & conuerſationẽ fidelium, ſi nunquàm uadit ad diuina officia audienda, aut extra de hære. capitulo excommunicamus. §. Adiicimus. & eo. tit. c. accuſatus. in prin. lib. 6. ubi nota. per Archi. ſuper uerbo. Orta. propter hoc igitur non erit damnandus tanquàm hæreticus, cum non probetur errare, per prædicta, uel per ſolam retentionem ipſius libri, ſed per ſuſpitionem exinde

ortam est sibi purgatio indicenda, in qua si defecerit erit tanquàm hæreticus puniendus, ut late dicetur infra. capitulo. de pœnis defensorum.

6 Sed pone † ꝙ quis uadat ad hæreticos, non ut instituatur ab eis, sed potius ut eis prædicet, instituat, & reducat, Certe licet sit prohibitum publice disputare de fide catholica ut. C. de sum. Trin. & fi. catho. le. nemo. ad quod. 23. q. 3. Cum quibus. tamen hoc non prohibetur nec propterea censebitur infidelis, ut in q. 7. conuenientibus. 23. q. 4. Infideles. & 11. q. 3. Antecessor. ad quod extra de senten. excommunica. Responso. Et merito dictū fuit supra, scienter & ex proposito, Nec aliter ignorantia puniretur, quòd fieri non debet quòd probatum fuit supra in capitulo. de fauto. circa finem.

7 Sed pro declaratione hmōi. Quæro, † Aliquis nō ex proposito sed ex lubrico linguæ, uel per iocū, seu per calorem iracūdiæ protulit aliquod uerbum hæreticum, nunquid propterea tanquàm hæreticus est damnandus, dic quod non. ut. ff. ad legem iul. maie. le. famosi. C. si quis imperat. maledixerit. le. j. 22. q. 2. Quod ait, Accedat. ff. de actio. & obligatio. l. obligationum substantia. in fin. ff. de ædil. ædict. l. sciendum. §. sciendum dictum. in fine. & ff. de regulis iuris. Quod calore. Et dicit canon, quòd cōsiderandū est qua ex mente non quo ex ore procedunt. 24. q. 2. Deus qui. ad quod extra de senten. excommu. cum non ab homine. Et ex prædictis liquet aperte ꝙ si talia proferens foret furiosus uel non sanæ mentis ꝙ non puniretur, ut extra de hæret. c. filij. li. 6. Ad quod extra de success. ab intestato. c. filij. nam satis ipso furore punitur. ut. ff. de offic. præsi. l. Diuus. cum sim.

8 Sed pone quod talia uerba hæretica proferēs erat ebrius. † Nunquid punietur pro hæretico? dixerunt quidam quod sic. Quia uidetur quòd ante ebrietatem fuerit corruptus, Et quòd nunc proferat ea quæ ante gerebat in corde, Et sic uidetur in priori proposito perdurare. ut extra de Baptismo. c. Maiores. §. fi. Sed certe bene potuisset fidelis postea in ebriete existens male loqui de fide, Vnde non probat hoc esse quòd ab hoc cō tingit abesse, Ideo tu benignius dic, ꝙ non, sicut dicitur de furioso & alienato in mente. Nam ebrius dicitur alienatus in mente, ut extra de uita & ho. cle. c. A, crapula. Concor. ff. de pœnis. l. Respiciendū. §. delinquunt. ff. de re. mili. l. omne delictum. §. Quod per unum. Et dicit canon, quod non debemus attendere uerba sed mentem proferētis. 11. q. 3. Inter uerba. Et uere ebrius non est sanæ mentis tunc, Et ideo non dicitur mereri nec demereri. 15. q. 1. sanc. 22. q. 4. Vnusquisque. poterit tantum aliqualiter corrigi propter pręcedentē culpam nimiæ potationis, ut extra de reliquiis & ueneratione sanctorum. c. j. & ibi uide.

CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

PER QVOS & contra quos posſit procedi & pœna imponi pro hoc crimine.

SVMMARIVM.

1 *Crimen hæresis est grauiſſimum, & eius cognitio & punitio ad quem pertineat.*

2 *Poteſtas ſecularis quibus caſibus ſe ingerat in crimine hæreſis, & in pertinentibus ad hæreſim.*

3 *Iudex eccleſiaſticus habens poteſtatem in materia hæreſis quis & quotuplex ſit.*

4 *Epiſcopus & inquiſitor poſſunt procedere contra quoſcunque delinquentes ſub ſua iuriſdictione.*

5 *Epiſcopus & inquiſitor an & quo caſu poſſint procedere contra hæreticũ qui ſe doloſe abſentauit & mutauit domicilium.*

6 *Delinquẽs in pluribus locis circa fidẽ an poterit de hæreſi ubique puniri.*

7 *Abſolutus uel punitus de crimine ſemel an & quo caſu poterit iterum inquiri.*

8 *Relapſus quando quis cenſeri poſſit.*

9 *Epiſcopus an contra inquiſitorẽ, & inquiſitor an contra epiſcopum poſſit procedere ſuper crimine hæreſis.*

10 *Inquiſitor an in cauſa hæreſis contra Epiſcopum poſſit ſaltem ita cognoſcere ut mittat negotium inſtructum ad Papam.*



1 SCiendum eſt quòd hoc crimen hæreſeos eſt crimen grauisſimum & eius cognitio † & punitio pertinet ad iudicem eccleſiaſticũ, ſicut dicitur de quolibet alio eccleſiaſtico crimine. 6.q.2.c.1.12.q.2.nulli liceat.extra de iudiciis.c.Nouit, & de uſuris.Quoniam.extra.Et no.extra de foro compet. c.licet.in gloſſ. Iſte eſt ergo. Et per hoc dicitur quòd ſecularis poteſtas ſiue iudex laycus nõ intromittet ſe,uel ſuam non exercebit iuriſdictionem contra hęreticos, ne detrahere uideatur iuriſdictioni eccleſiaſticæ, & non ponat falcẽ ſuã in alterius meſſem,per dicta iura. Ad quòd extra de elect. uenerabilem. & eſt caſus extra de hæreti.c.ut officia.§.prohibemus.lib.6.

2 Hoc †tamen quod dicitur ꝙ ſecularis poteſtas nõ ſe intromittet &c. Intellige uerũ eſſe præterquàm in infraſcriptis caſibus.uidelicet ſi per iudicem eccleſiaſticum fuerit requiſitus, Quia tunc ipſe iudex laycus ſe intromittet & parebit mandatis iudicis eccleſiæ, ut extra de hæret.c.ad abolendam.

lendam.§.præsenti.& §.laycus.& in eo.titu.c.placet.§.damnati. Item se poterit intromittere circa executionem post confiscationem bonorũ, quatenus tamen per iudicẽ ecclesiasticũ fuerit requisitus,ut extra.c.uergentis.& extra eo.c.Cum secundum leges.li. 6. Restat ego ꝙ omnis iurisdictio est ecclesiastici iudicis in crimine memorato.

Sed quæro † quis est iudex ecclesiasticus.Et dic quòd est duplex,uidelicet diocesanus, hoc est Eps qui est ordinarius Iudex in sua diœcesi, & est inquisitor alius qui fuerit ad hoc per sedem apostolicam deputatns, & sic sunt duo, Quorum unus, uidelicet inquisitor habet iurisdictionẽ delegatam in tota prouincia sibi decre. Alius,uidelicet Episcopus habet ordinariam contra non exemptos suæ diœcesis, & contra exemptos in sua diœcesi existentes, habet etiam iurisdictionem delegatam à Papa. Istã probantur extra de hære.c.per hoc.& ca.ut officium.lib.6.extra de hæret.c.ad abolendam.in fi.Et isti duo iudices possunt simul ambo & diuisim & separatim procedere contra hæreticos.ut patet in dicto.ca. per hoc.Quod intellige esse uerum citando re & uerbo,ut uocando capi faciendo,& arrestando personam,& committendo eam custodiæ, & formando inquisitionem, & faciendo processum, & recipiendo probationes & testes,& iis similia faciendo.At non torquere personam, & duro carceri mancipare, qui magis ad pœnam esse uideatur quàm ad custodiam, uel diffinitiuam sententiam proferre diuisim. Immo in ijs arduis unus habet communicare processum cum alio, & eius participare consilium super eo ut patet in textu in compilatione Clemen. extra de hæret.c.j.Et concor.extra eo.c.ut commissi.lib.6.sic et ambo prædicti simul faciant custodiri carceres hæreticales,seu hæreticorum,Et ambo custodes apponent,& claues tenebunt.ut in dicto capit.j.in Clemen.

4 Liquet † igitur ex prædictis ꝙ isti duo iudices possunt procedere super hoc crimine contra quascunque personas,non solum extãtes de sua diœcesi uel prouincia, sed etiam contra alienigenas & forenses delinquentes ibidem.sicut dicitur in aliis criminibus.ut.ff.de offi.præsi.le. 3.& in q.6.placuit.extra de rap.c.j.Et clare patet,C.ubi de crimine agi. opor.uidelicet.le. j. Et auth. Qua in prouincia. Quantuncunque illi essent etiam exempti.ut super.fratres & religiosos. Cum iste reatus omnem exceptionem & dignitatem excludat.ut.C.ubi Sena. uel claris. leg. j.in fi.Ita probatnr extra de hæret.ut officium.§.denique. Et c. ut commissi.uer.& contra.li.6.Immo ipsi religiosi sunt grauius puniendi.vt eo. c.Accusatus.§.fi.li.6.

5 Sed circa † hoc quærit,pone aliquis sciens quòd Episcopus uel inquisitor intendit procedere de hæresi contra eum ratione domicilij recedic

dit de loco & se absentat & alibi suam mansionem firmat, An ille Episcopus siue inquisitor poterit procedere de hæresi contra eum? Dic quòd si ille erat iam citatus non dicitur mutare forum istius, cum iam sit præuentus. ut. ff. de iurisd. om. iudi. l. Cum quædam puella. Et extra de foro com pe. c. proposuisti. si uero non erat citatione præuentus, tunc non procedetur contra eum per illum Episcopum uel inquisitorem ratione domicilij, sed procedetur per illum uel alium in cuius prouincia uel diœcesi deliquit, ratione delicti, ut dicta auth. qua in Prouincia. & locus erit remissioni, quia omnino remittetur ad suum iudicem coercendus, ut in auth. ut nulli iudicum. §. si quis uero comprehensorum. 3. q. 6. §. primo. & ita tenuit & determinauit. d. Clemens. Papa. 4. in quadam eius constitutione quæ incipit. Quoniam illis. §. Qua autem. de qua habita fuit mētio supra, Sed salua reuerentia tanti domini iudex delicti non remitteret ad iudicem domicilij, sed ipse puniret, per dictam legem. 3. ff. de offi. præsi. cum simi. superius allegatis. Nam potius è contrario uidetur qđ ad iudicem delicti sit facienda remissio. ut. ff. de accus. l. si cui. §. fin. & dicto. §. si quis uero. & quod dicitur quod iudex delicti imponet pœnam, intellige uerum esse de pœna temporali, nā spiritualis, uidelicet pœnitentia quæ imponitur confitenti imponi debet per proprium sacerdotem. ut extra de pœnitentiis. & remis. C. omnis. Et not. 16. q. 1. c. j. glo. uniuersaliter. & ibi uide. de hac autem remissione fienda plene nota. Innocenti. & Hostien. extra de rap. c. j. & d. Ioannes Andreas in compilatione Clement. extra de re. iudi. c. Pastoralis. in glo. sed nunquid.

6 Sed pone ꝙ aliquis deliquit in pluribus locis, dic ꝙ in omnibus poterit conueniri, & etiam puniri, illa tamen pœna quæ esset iterabilis, ut sunt pœnæ pœnitentiales, & aliæ super bonis, de quibus pœnis infra dicetur. Ita determinauit idem d. Clemens in constitutione prædicta. & ibi dicit ꝙ secus est ubi pœna non esset iterabilis, prout patet dicit ipse lippis & tonsoribus. Et super hoc aliquid non allegat, sed quamuis illa consultatio seu constitutio omnimode sit seruanda, tamen bonum est eā iuris allegationibus adiuuare. Vnde potest dici quod ubi is intantum excessit in diuersis locis ꝙ pro suo crimine ueniat pœna hæretici puniendus, potest in quolibet ipsorum locorum conueniri de hoc crimine, quia sortitur forum in quolibet illorum, ut supra est dictum, sed si punitur in uno non punietur in alio, quia pœna hæretici est talis quæ non potest iterari, prout plene dicetur infra in c. de pœnis hæreticorum. Et hoc casu est intelligenda gloss. quæ est. ff. de furtis, l. uulgaris, & incipit imo uidetur, ubi dicitur quòd quandocunque quis pluralibus uicibus committit adulterium cum uxore alterius, tamen non punitur nisi semel

Nam hoc contingit, quia pro adulterio imponitur pœna mortis, quæ non potest iterari. At ubi quis taliter circa hæresim sępius & diuersis locis excessisset ꝙ non esset tāquàm hæreticus puniēdus sed dicitur ꝙ ueniret pœnis pœnitentialibus coercendus, tunc in quolibet prædictorum locorum etiam punietur, cum hoc casu pœna ualeat iterari, ut patet infra de pœ.def.&c. nam in talibus iterata delicta iterationem pœnæ cumulant & inducunt. ut.ff.de pœnis.l. Relegati.in fin. de iure patr.l. j. Et unum delictum non minuit pœnam alterius.ut.ff.de priuat.delic.l. Nunquam plura. Et de regu.iur.l.nunq̄. Maxime cum ponamus quod iste excesserit in pluribus locis, & sic separatim, & non ex interuallo. unde non insurgūt eius crimina ex eodem facto, primo quinimo ex diuersis, quia sæpius hoc commisit, Et ex quolibet ipsorum factorum nouus resultat excessus, uidelicet quia nouā committit offensam in cōtumeliam creatoris, & in omnium iniuriam. per. l. Manicheos. C. de hæreti. & ideo non est mirum si pro qualibet iniuria uenit puniendus, Quia idem esset in quolibet alio excessu læuiori.ut.ff.de iniur.l.prætor dixit.§.si plures.ff. ad.l.acquil.l.illud.§.fi. Accedat.C.de episcopali audi. l.nemo. §. ijs ergo cum infinitis. simil.accedat extra de iudic.c.cum non ab homine.

7 Et si dicatur † Quod semel punitus uel absolutus de crīe amplius inquiretur super eo, cū tñ de delicto eiusdem hominis nō sit sæpius inquirendum.ut.ff.nau.caup.sta.l.licet.in fi.extra de accusa.c.de criminibus. Et dicit canon quod diuina clementia non patitur crimina semel dimissa uenire amplius in ultionem.ut de pœn.distin.4. diuina. dico quod nō obstat, quia illa sunt infligenda eo casu quo crimen est per omnia idem, Quod non est in casu propositæ quæstionis, cum quæratur de crimine quod resultat ex pluribus factis & excessibus separatim & in diuersis locis, ac etiā ex interuallo commissis, prout supra clarissime est ostēsum.

8 Immo † plus est dicendum, quod si iste post impositam sibi pœnitentiam in uno loco iteret delictum postea in alio, grauatur eius conditio, adeo quod censeri potest relapsus, cum quo nulla est misericordia habēda, ut dicetur plene infra de hæreticis & credentibus redeuntibus, sed pone aliquis post cōmissū crimē se absentat uel auffugit de loco in quo deliquit, & in quo poterat conueniri ratione delicti, ut sic differat iste casus ab eo quod fuit dictum supra.eo.cap. uers. sed. Nunquid inquisitor poterit procedere contra hunc absentem, uidetur quod non, per legem. ff.de pœnis.l.absentem. Sed dic quod sic, & erit speciale in hoc crimine, ut extra de dolo & contu.c.ueritatis. Et quomodo procedi debeat contra talem absentem statim dicetur infra in capitulo. de modo procedendi. Ibi uide hoc.

Sed

9 Sed pone † quod inquisitor uult procedere contra episcopum uel episcopus contra inquisitorem super hoc crimine, nunquid poterunt, & quamquam quidam dicant ꝙ episcopus potest procedere contra inquisitorem, cum hæc potestas & iurisdictio sit tributa sibi cōtra exemptos, & non exemptos, & positos in quacunque dignitate, ut suprà probatum est. Tamen inquisitor non poterit procedere contra episcopum, quia ob honorem & reuerentiam episcopalis dignitatis causas hæresis contra episcopos sibi sedes apostolica reseruauit, sed possunt & debent inquisitores ipsi sedi apostolicæ nuntiare, licet contra episcopos. Casus est de hoc extra de hæreti. c. inquisitores, lib. 6.

10 Et circa † hanc quæstionem quæritur an inquisitor possit saltem cognoscere, ut sic mittat negotium instructius ad Papam. De hoc uide per Ioannem Monachum in d. c. Inquisitores. in fi. si uerò crimen hæresis obijciatur summo Pontifici uiuenti uel mortuo, Quis de hoc cognoscat, uide plene per dict. Archidia. extra de hæretic. cap. in fidei. libr. sexto. & patet. xl. distinct. si Papa. Ad quod concor. xxj. distinct. Nunc autem.

CAPVT NONVM.

DE MODO Procedendi super crimine hæresis tam contra comparentem quàm contra contumacem.

SVMMARIVM.

1 *Procedendi modus contra hæreticos qualis esse debeat.*

2 *Procedendi modus contra contumacem in causa hæresis.*

3 *Forma procedendi contra citatum comparentem in crimine hæresis.*

4 *Confessus in crimine hæresis poterit super socijs interrogari, & quid operetur in hoc casu dictum socij contra socium.*

5 *Forma procedendi contra citatum comparentem & negantem in causa hæresis.*

6 *Torqueri an, & ex quibus quis posit in crimine hæresis.*

MODVS

ODVS autem procedendi contra hæreticos, credentes, fautores, defensores, receptatores, & alios de hæresi suspectos uidetur multum arbitrarius, Quia circa prædicta & alia quæ pertinent ad negocium inquisitionis potest & debet procedi
1 † simpliciter & de plano absque Aduocatorum & subditorum strepitu & figura, extra de hæreti. ca. si aduersus, extra eod. cap. fi. in princ. lib. 6. ueruntamen de iure, & consuetudine, & ex more officij inquisitor ante omnia faciet in scriptis redigi delationem sibi factam & depositionem testium contra quemcunque de hoc crimine, & redigetur in scriptis per notarium seu publicam personam in præsentia saltem duarum religiosarum ac discretarum personarum, ut probatur extra de hæret. c. ut offi ciú. §. ueruntamen. lib. 6. Deinde postea faciet delatum uel notificatum tanquam suspectum citari coram se. Et tunc aut iste citatus comparebit coram eo, aut erit contumax.
2 Tunc † dic ꝙ aut crimen est plene probatum contra eum, aut non est plene probatum, si est plene probatum tunc inquisitor poterit illum q̃tuncunque absentem condemnare. contra legem absentem. ff. de pœnis. Et erit speciale in hoc crimine, ut extra de dolo & contu. veritatis. 86. distin. Tanta. Et not. Archid. extra eod. c. ut commissi. in glo. Qualiter procedi, & insuper faciet ascribi & anotari eius bona, cum hoc casu ueniant confiscanda, ut dicitur infra captul. de confiscatione bonorum. Ad quod. C. &. ff. de require. reis. si uero crimen non erit plene probatũ, tunc ex sua contumacia saltem insurgit statim uehemens suspitio. contra eum, si tamen in citatione fuerit expræssum ꝙ ueniat ad respondendum de fide, uel se excusandum super inquisitione hæresis formata contra eũ, Et sic cum de eius contumacia constiterit, poterit excommunicare etiã non facta alia monitione, nec alia contumacia expectata. In qua excommunicatione si steterit per annum animo indurato, tunc illa uehemens suspitio transit in uiolentam præsumptionem, seu suspitionem, & tanquam hæreticus poterit condemnari. Iste est casus extra de hæreti. ca. cũ contumacia. lib. 6. Et uide ꝙ no. d. Archi. eo. tit. c. Accusatus. in prin. super uerbo, uehemens, & super uerbo, Orta. ad quod concor. extra de pœnis. grauem. libr. 6. extra de hæret. c. excommunicamus. j. §. j. & extra de præsump. c. irritans ueniat. C. de hæreti. Auth. Gazaros. & auth. credentes. Quæ sunt approbatæ. ut extra eod. ca. ut inquisitionis. in princ. lib. 6. & si talis absens dederit fideiussores, poterit eis indici pœna pecuniaria. ut ff. de custo. re. l. si quis reum.

† Si uero citatus uenerit, præstabit cautionem de parendo mandatis ad arbitrium inquirentis, & si non cauerit, poterit carcerari, ut infra tit.

seq.

fequin prin. Et interrogabitur super inquisitione formata de ueritate dicenda, & tunc aut confitebitur, aut negabit; & si sponte suum detestetur errorem, & petat misericordiã; recipiatur per inquisitorẽ uel episcopũ. Indicta tam sibi purgatione condigna ad arbitriũ ipsius inquirentis. ut extra de hæreti.c. Ad abolendam. & extra de purga. cano.c. inter solli citudines. In qua purgatione si defecerit, tanquam hæreticus punietur, ut dict. capit. inter sollicitudines. in fin. & extra de præsumptio. capitu. literas.

4 Et † in hoc casu quando confitetur, inquisitor poterit ab eo petere si habet socios eiusdem criminis, & quos, & ubi. per id quod habetur extra de hareti.c. excommunicamus. §. Adijcimus. & C. de mal. & Mathe. l. fin. licet in alijs criminibus talis interrogatio non debeat fieri. ut. C. de accusa. l. fi. in fi. Et quantum ad alios istius assertio non habetur pro plena probatione, sed facit indicium. ut extra de confe. c. j. inquisitor tamẽ caueat prospiciat quando eum recipit ad misericordiã, q̃d ille uere redeat & non fictẽ, ut ex. de hæret. cap. ut officium. §. si uero. libr. 6. Ad not. xlv. distinct. sunt nanque. Et cap. disciplinam. de pœniten. distin. 2. cap. 1. cum simil.

5 Si uero † non confiteatur, immo aperte negat se illa de quibus inquiritur dixisse uel fecisse, & petat copiam inquisitionis & testiũ propter quos inquisitor motus est ad inquirendum, Certe copia erit sibi danda sicut dari debet in alijs criminibus in q̃bus imminet minus periculum, quam inquisitis, ut extra de accusa. c. qualiter & quando. §. debet, cũ concor. suis. Si tamen inquirens uiderit ꝙ ex tali datione copiæ posset propter personas forte testium periculum imminere (quod totum relinquatur discretioni & conscientiæ inquirentis) tum non dabit copiam, ut extra de hæreti. c. fi. li. 6. Sed dicet inquisitor illi, quod debeat sibi dare in scriptis nomina illorum quos habet suspectos, & causas suspicionis, Puta inimiciciæ, uel conspirationis, & similes per quas testes in hoc crimine repelluntur, de quibus dicetur infra capitulo. Qui testes admittuntur. Et si inquisitor inuenerit quod iste det pro suspectis illos qui pro mouerunt inquisitionem, uel qui probant crimen, & etiam inuenerit ꝙ iste probet illas causas legitimas suspitionis, detractũ intelliget fidei ipsorum testium, & alijs probationibus non extantibus absoluet ipsum inquisitum, Alioquin procedet & condemnabit ex dictis illorum. Et ita seruat generalis consuetudo officij inquisitionis in hoc puncto.

6 Sed pone † ꝙ facta est aliqua probatio contra inquisitum non tamen plena, puta per unum bonum testem bonæ famæ & opinionis. Ipse interrogatus omnino negat contenta in inquisitione, Nunquid poterit torqueri

queri & cogi ad confitendum sicut fit in alijs criminibus.ut.ff.de quæstionibus.l.1.post prin.l.de minore.§.tormenta. Et C. de quæst.l.milites.§.oportet.Dic ꝙ torqueri poterit per inquisitorē uel episcopum,& in hoc casu intelligas extra eod.c.j.post prin.in cōpilatione Clementis. Et concord.2.q.1.in primis.25.dist.Ante. extra de uerb.sig.ca. cum in contemplatione. Nam semper diximus ꝙ atrocius agitur cum illo qui conuictus per testes confiteri recusat.ut. C. de malefic.& Mathe.l.& si excepta. Si uero confitetur se dixisse, sed est pertinax in errore,Tunc dic ut infra in cap.de pœnis hæreticorum.& in c. de hæret. seu credentibus & redeuntibus.

CAPVT. X.

AN INQVISITOR posit carcerare, & quando, & quid de fugientibus uel tractantibus frangere carceres.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor quo casu possit de hæresi inquisitos carcerare.*

2 *Carceratio ad pœnam aliquando fit & quando. & quo casu inquisitor sine episcopo, & episcopus sine inquisitore possint aliquem carcerare.*

3 *Carceratus ad custodiam frangens carceres, fugiens, uel frangere & fuere attentans an, & qua pœna puniatur.*

4 *Carceratus ad pœnam in crimine hæresis, fugiens condemnatur ut hæreticus, quia defecit in purgatione sibi iniuncta.*

5 *Inquisitor qui semel condemnauit aliquem in pœnam carceris, an possit se intromittere in puniendo ipsum fugientem à carceribus.*

1 INquisitor † potest de iure inquisitos de hæresi carcerare duabus de causis, una ad custodiam, Alia ad pœnam. Ad custodiam fit incarceratio ex infrascriptis causis, Nam unus corā ipso præsentatur, is contra quem inquiritur, siue inquiratur de causa læui,& excessu qui posit committi fideiussori, & ipse non det fideiussores, siue īquiratur de causa detestabili & graui crimine, & extēt probationes iam factæ contra eum, uel ipse iam est confessus crimen, ita ꝙ ueniat puniendus pœna hæretici, In quo casu non esset committēdus

dus fideiussoribus, uel quia forsam inquisitor nondum plene est instructus qua pœna iste ueniat puniendus, & per hoc uult ꝙ ipse ex uinculis causam dicat, & custodiatur in carcere donec in primo casu det fideiussores, uel in secundo casu, donec declaretur qua pęna ueniat puniendus, uel an forsan ueniat absoluendus. Quibus omnibus casibus reus potest interim detineri ut. ff. de custo. re. l. j. & l. si confessus, & l. Diuus. & certe tunc decenter carcerabitur ex prædictis causis ad custodiam & non ad pœnam, ut. ff. de custo. re. l. j. & ff. de pac. l. aut damnum. §. ualent. C. de pœnis. l. incredibile, cum simi. & scias, quod in casu in quo reciperentur fideiussores, ipsi non astringent se ad pœnam corporalem, ut. ff. ad munic. l. libertus. §. fi. & ff. ad. l. Aquil. liber homo. Sed ad pœnam pecuniariam ad arbitrium inquisitoris. ut de custo. re. l. si quis reum. C. de fideiuss. si barsatorem. Az. secundum primam lecturam.

2 Ad † pœnam autem fit carceratio quandoque, Nam potest inquisitor damnare reum duro carceri; uel detrudere in arctum Monasterium in perpetuum uel ad tempus in pœnam & afflictionem sui corporis idest detestationem sui criminis, & non erit ista proprie pœna hæretici, quia illa est certa & determinata a iure, ut infra cap. de pœnis hæreticorum. Et erit quædam purgatio, & pœna principalis, ut patet infra de pœnis pœnitentialibus. Nam intrusio in Monasterium & in carceratio fiunt ut per hæc ille intrusus uel incarceratus pęniteat ibi, & per hoc appareat, An ambulet in tenebris uel in luce, & ostendantur in eo signa pœnitentiæ & correctionis non fictæ & ne ipse qui est pecus morbosum inter homines persistens inficeret alios, & ita sunt intelligenda iura, extra de hæreti. c. plane. §. si quis autem. extra eo. ca. ut commissi. lib. 6. ubi de hoc per Archid. Et de pœnis. Quamuis. libr. 6. & ita patet in textu ꝙ ex ijs duabus causis inquisitor incarcerat scilicet ex causa custodiæ, & ex causa pœnæ seu pœnitentiæ. extra eod. cap. j. In compilatione clementis. In hoc tamen est differentia, Quia carcerare ad custodiam potest episcopus sine inquisitore, & inquisitor sine episcopo. Sed ad pœnam non potest unus sine alio, ut ibi expræsse habetur in textu.

3 Sed pone † carceratus tantúmodo ad custodiam fregit carcerem & auffugit, uel conspirauit & tentauit de fugiendo, ita quòd non stetit per eũ quominus fugeret, Quid erit, dic ꝙ id quod in aliis criminibus, Sed in aliis criminibus hoc est tenendum, quòd captus frangens carcerem & auffugiens punitur pœna capitis si postea capiatur. ut. ff. de effractor. l. j. in prin. At solum conspirans uel tentans punitur eatenus ut habeatur pro conuicto de eo crimine pro quo erat captus. ut. ff. de custo. re. l. eum. Et in auth. de coll. §. Prohibemus. unde per dicta iura potest dici

quòd

ꝙ multo fortius captus pro hæresi fugiens uel attentans frangere carcerem pro conuicto habeatur, ut tanq̃ hæreticus damnetur.

4 De eo † uero qui erat detrusus in carcerem uel monasterium ad pœnã seu pœnitentiã peragendam, & auffugit, uel attemptauit fugam, ita ꝙ non stetit per eum, nulla est dubitatio ꝙ pro hæretico posit damnari, nam deficiens in purgatione iniuncta damnatur pro hæretico. ut extra de præsump. c. literas. & de purga. cano. c. Inter sollicitudines. in 6. nec est mirum, quoniam per hoc in eo præsumitur conuersio seu confesio ficta, & materia ueteris erroris recondita, & ex post facto oportet sibi ueterem errorem placuisse. Nam exitus acta probat ut de pœnit. distin. 2. si quis in dic. 22. q. 2. Qui ait. 21. q. 1. Cum per belicam. Et ueniant dicenda infra de confesso postea retractante.

5 Sed circa † hoc posset opponi. inquisitor imponit sibi semel pœnam aut pœnitẽtiam, & sic functus est officio suo. Quomodo potest se amodo intromittere hunc iterum condemnando contra iura. ff. de re. iudi. l. iudex. Et extra de officio delegati in literis. maxime cum dicatur esse iudex delegatus. ut extra de hæret. c. per hoc. lib. 6. Et post sententiam ultra annum non uideatur extendi iurisdictio delegati. ut extra de officio delegati. c. Quærenti. Sed dico ꝙ non obstante hac oppositione inquisitor poterit damnare istum iterum, & hoc duplici ratione. prima. Quia ex isto nouo facto & ex ista noua fuga oritur noua & uiolenta suspitio hæresis contra istum, per iura præmissa. Ex qua uiolenta præsumptione orta ex isto nouo facto reincidit in potestatem & iurisdictionem inquisitoris, Et ob hoc potest ab eo iterato damnari, ut patuit satis plene supra in capitulo. Ex quibus inditiis. Et in capitulo de modo procedendi. Secunda ratione, quia illa quæ supra allegantur, ꝙ postq̃ iudex tulit sẽtentiam non habet se amplius intromittere quia functus est suo officio, loquitur in casu in quo sententia diffinitiua fuisset lata per eum. Sed in casu propositæ quæstionis impositio pœnitentialis pœnæ non est sententia diffinitiua, prout patebit infra in capitulo. de formis sententiarum ferendarum contra damnatos. Et quod dicitur de lapsu anni non obstat, cum & illud loquatur de diffinitiua, Et loquatur etiam in executione primæ sententiæ, sed in casu nostro non exequitur primam sententiam sed propter nouum factum & nouum excessum nouam & grauiorem pœnam infligit, ut patet ex prædictis.

CAPVT

CAPVT XI.

Quis admittatur ad accusandum uel deferendum de hoc crimine, & an & quando inquisitor ex officio procedit.

SVMMARIVM.

1 *Accusare & deferre an quilibet posit in causa hæresis.*
2 *Inquisitor potest omnes publice monere ut sibi deferant hæreticos.*
3 *Inquisitor an, nullo deferente, posit ex sola fama procedere contra aliquem in crimine hæresis.*

1 VIDETVR quod † quilibet indistincte admittatur ad accusandum & deferendum alium de hæresi, Nam idem est in crimine læsæ maiestatis ut. ff. ad l. Iul. l. furiosi. & C. ad l. Iul. maiest. l. quisquis & idem in crimine simoniæ ut extra de simonia. c. tanta. ergo in hoc maximo crimine multo magis, cum longe sit maius diuinam q̃ temporalem lædere maiestatem extra de hæreti. c. uergentis. Et hoc crimen est publicum, & eius accusatio competit cuilibet de populo, quia in omnium fertur iniuriam quod in diuinam religionem committitur, ut C. de hæreti. l. Manicheos, & habetur expresse in quadam constitutione Federici Imperatoris, Quę incipit. inconsutilem Dei nostri circa finem.

2 Immo † inquisitor potest admonere omnes publice & generaliter super cultu fidei, Et quod si sciant aliquos errare debeant sibi deferre. ut extra de hæreti. c. excommunicamus. §. adiicimus. Ad quod concor. extra de sponsal. cum in tua. & qui ma. accu. non pos. circa finem. Et. ff. de offi. præsi. l. congruit. Et si aliquis sic aliquem errantem & non defert, nec prodit illum, incidit in excommunicationem & suspitionem hæresis ut est dictum supra in c. de fautore.

3 Sed pone † quod nullus comparet accusator uel delator, sed tantum fama publica laborat contra aliquem quod est hæreticus uel quod quotidie conuersatur cũ hæreticis uel quod nunq̃ uadit ad diuina officia quid fiet? dic ꝙ inquisitor uel Episcopus poterit procedere & inquirere contra talem ex suo officio quia fama succedit loco accusatoris ut extra de accusat. c. qualiter & quando. & c. inquisitionis. unde merito potest procedi contra talem. ut dicto. §. adiicimus & in eodem. c. §. qui autem. Ad

quod

quod 13.q.3.is qui & plene no.de hoc per Archid.c. Accusatus in prin. de hære.li.6.Super uerbo oetat.Immo inquisitor uel Eps hoc scientes,si negligerent contra ipsum procedere & enm punire inciderent in suspitionem hæresis pro se ut extra de hæret. Qui alium.& dictum fuit supra in capitulo de fautore.testes autem non sic indistincte admittentur ut statim infra capitulo.13.ostendetur qui & quot testes admittantur.

CAPVT XII.

Quot & quibus modis fiant probationes super hoc crimine.

SVMMARIVM.

1 *Probationes contra hæreticum ex quibus sumantur, & quomodo fieri possint.*

2 *Confessio ex qua probatur crimen hæresis contra aliquem potest fieri tribus modis,ut ibi.*

1 PRobationes autem† cōtra hæreticum possunt fieri multis modis.primo ex ipsa facti euidentia, ut quia deprehenditur in ipso facto erroris,uidelicet compo suisse libros erroris,uel prædicare seu deffendere errorem, Nam tunc suo facto conuincitur, qnia euidentia patrati sceleris probatione non indiget accusatoris.ut extra de accusat.Euidentia.Et ꝙ ibi nota. Et ad hoc potes uidere dicta supra in capitulo.de credentibus.Secundo modo potest fieri probatio per testes,ut extra de testi.c.in omni negotio. Et extra de hæret. c.accusatus.§.licet.lib.6.Qui tamen testes admittantur,& quibus credatur.dicet infra in capitulo proximo formato super hoc specialiter.Tertio modo fit probatio per confessionem,Nam per propriam confessionem quis conuincitur in delictis,ut.C.quorum ap. non reci.l.ij.ff.de custo.re.l.si confessus.Et de quæsti.l.j.§.si quis ultro.cum in fin.sim.

2 Et ista†confessio ex qua probatur hoc crimen contra aliquem potest fieri tribus modis,uno modo uere ore proprio.xv.q.6.c.j.& ij.Aliis duobus modis præsumptiue.uidelicet per facti euidentiam,ut 28.di.priusquàm.Item per fugam & contumaciam.ut 3.q.8. decreuimus. & extra de præsump.c.Nullus dubitat.& ibi nota.Quarto modo potest probari per instrumentum,ut puta si aliquis fecisset confici instrumentum,ꝙ ille præ-

le prædicauerit,uel docuerit errorem,uel similia fecerit. Nam crimina quandoque probantur per instrumenta ut dicta.l. 2.quorum appellata. non reci.Et no.C.ad.l. acquil.contra negantem.& ff.ad turpill.in senatus.iis modis fiunt probationes in hoc crimine, ut probant iura prædicta,& patet extra de uer.sig.c. super quibusdam & concor. extra de resti.spol. c. cum ad sedem. uer. Nos prioris.& quod ibi no. & C. de rei. uen.Cum sunt uerius.

CAPVT XIII.

Qui & quot testes admittantur in hoc crimine & an sint cogendi.

SVMMARIVM.

1 *Testes qui admittantur,& qui repellantur in crimine hæresis.*
2 *Hæreticus an possit aliquem accusare de aliquo alio crimine, uel fere testimonium in aliquibus causis.*
3 *Exceptiones quæ & quot sint ex quibus testis repellitur in causa hæresis.*
4 *Exceptio contra personas uel dicta testium post eorum depositionem in causa hæresis an sit releuans,committitur arbitrio inquisitoris.*
5 *Testes singulares an & quando probent in causa hæresis contra hæreticũ.*
6 *Accusator quare indistincte admittatur,secus sit in teste.*
7 *Delator an possit testificari in causa quam defert.*
8 *Inquisitor an possit cogere aliquem ad testificandum.*

Dictum est supra quod probatio debet fieri per testes, unde uidendum est merito subsequenter,qui testes † in hoc crimine
1 admittantur & qui etiam repellantur,circa quod dicas,quod inquisitor uel Episcopus potest & dicitur recipere omne stestes cuiuscunque conditionis indistincte in detestationem huius criminis,& in fauorem fidei,ut extra de hæret.c.in fidei.lib.6. & ideo licet in alliis criminibus non admittantur criminosi,ut extra de testi.c. ueniens. Tamen in hoc crimine admittẽtur infames, uiles,crimonisi, excommunicati,& etiam socij eiusdem criminis,ut ibi patet,hinc est, ꝙ etiam hæreticus admittitur ad testificandum contra hæreticum, siue per accusationem,siue per inquisitionem procedatur.Ita no.ibi.d.Archid, in dicto capitulo in fidei.Quod dictum probatur in re. 2. q.j. siquis cum militibus.extra de symo.c.2.& hoc idem notauit d. Clemens Papa IIII. in sua

consultatione quæ incipit. Quoniam illis.§.v.& patet in tex.in constitu. Federici Imper.quæ incipit patarenorum.§.adiicimus.

2 An autem † hæreticus possit aliquem accusare de aliquo alio crimine, uel ferre testimonium in aliquibus causis. Dic ꝙ accusare non poterit fidelem.ut.2.q.7.Non potest. & c. pagani. Ad quod extra de iudi.intelleximus. Testificari autem an possit in aliis criminibus, olim distinguebatur.2.q.7.si hæreticus & c.plerunque.Sed hodie dic ꝙ non admittitur,duplici ratione,prima quia excõmunicat̃,ut infra de pœnis pœnitẽtialibus.c.20.&sic repellitur,extra de testi.c.ueniens.2.in fi.secunda,q̃a est in peccato mortali.ut extra de test.c.super eo.cum sim.

3 Duæ sunt †tamen exceptiones quæ opponi possunt contra personas testium, & pp quas testes repelluntur anteq̃ deponant, & si deposuerint omnino detrahitur eorum fidei,& in totum. uidelicet si probentur esse conspiratores uel inimici capitales,ut extra de accusat.c.Repellantur.& c.cum opporteat.& in auth.de testi.§.si uero odiosi.coll. 7. Aliæ uero exceptiones legitimæ pñt opponi contra testes,seu contra eorum dicta postq̃ deposuerunt,& sic excipi poterit contra eos ꝙ deposuerint falsum.extra de testi.c.ex tenore.Item ꝙ sunt singulares. ut extra de testi.c.ex tenore.& de testi.cogen.c.literas,Item ꝙ sunt cõtrarij,uarij,uel obscuri,uel similes.ut extra de hæreti.c.Accusatus.§.licet.& §.fi.li.6.ueniat extra de sen.& re.iudi.c.cum.I.& A.& de simo.Tanta & c. per tuas.

4 Oppositis †igitur huiusmodi exceptionib.cõtra personas uel dicta testium post depositionem eorum in arbitrio inquisitoris seu iudicis remanebit an sit standum dictis illorum,uel non.ut dicto.c.in fidei.& concor.ff.de testi.l.3.Ibi.tu magis scire potes &c.Nam sicut detraheretur fidei testium in aliis iudiciis,sic & in isto.ut extra de hære.c.fi.§. cessante. lib.6.Nec est mirum si per prędicta fidei testium detrahitur,cum in hoc crimine sicut in aliis probationes debeant esse luce meridiana clariores,ut.C.de probat.l. sciant. & ꝙ no.in d. c. ueniens. Immo fuit opinio d.Archid.extra de hæreti.c.ut officiũ.In glo.aliquorum.ꝙ in hoc crimine non sufficiant duo testes.sed requirantur plures.ut ibi no.& sic restat ꝙ multis ex causis potest excludi testis & detrahi fidei suæ.

5 Sed pone†ꝙ duo testes uel tres deponunt contra hæreticum,unus super uno articulo,alter super alio,uel unus dicit eum dixisse quædam uerba hæretica,Alius dicit eum dixisse alia uerba hæretica,Nunquid iste dãnandus erit,& uidetur quod non,cum isti testes sint singulares. ut extra de elec.c.in Genesi.& c.bonæ. cum sim. Sed dic ꝙ si generaliter inquiritur de hæresi contra eum quod condemnabitur ad dictum istorũ, Quia omnes isti testes probant eum tendere ad unam nequitiam sceleris s.hęresim.

resim.& concordant ad unum effectum seu finem, & hoc sufficit. ut. C. de hære.l.Arriani.& C.de pœnis.l.qui sententiam ubi uero non inquiretur generaliter de hæresi contra eum,sed specialiter super certo articulo siue super certa specie,tunc testes isti Possent dici singulares,& non crederetur eis per dicta iura,Ad quod facit extra eo.c.placet. & ꝙ not. ff.de testi.ob carmen.§.si Testes.

6 Sed† quæ est ratio ꝙ indistincte omnis admittitur accusator, & nulla exceptione repellitur, & in teste secus fit,ratio est in prõptu , quia ad dictum testis proceditur ad sententiam condemnatoriam ut. C.de pœnis.qui sententiam.ff.de offi·præsi.l.illicitas.§.ueritas. Sed ad dictum accusatoris non proceditur ad sententiã,sed solum ad inueniendum ueritatem,q̃a non statim est cẽsendus reus qui potuit accusari.ut.C.de accusa.l.fi.ita not. extra qui ma.accu.pos.c.a nobis.Cum ergo maius periculum sit in teste q̃ in accusatore , ideo cum ipso cautius est agendũ. ut ff. de carbo.ædic.l.j.§.sed & quis.& C.de appell.l.aditos,cum sim.

7 Sed† nunquid idem qui defert uel accusat poterit esse testis, uidetur ꝙ non,quia uideretur esse testis in re propria,quod iura reprobant , ut. ff.de testibus.l.nullus.&C.eo.l.omnibus.& extra de testibus.c.de cętero. sed dic ꝙ potest,& ita seruat generalis consuetudo officij inquisitionis & iura cõtraria loquũtur ubi causa & res esset propria ipsius testis, adeo ꝙ ad ipsum spectaret commodum uel incommodum, & quod sua intersit ob hoc.Quod quidem non est in proposita quæst.cum hoc crimen sit publicum,& petatur coherceri iniuria illata oĩbus in contumeliam creatoris,ut C.de hæreti.l.Manicheos. Nec intersit istius accusatoris & testis quantum ad commodum uel incommodum . nisi ut iste accusatus retrahatur a peccato.,& ob hoc potest fungi persona duorum , ut extra de testi.super eo.de spons.cum in tua.& c.ad dissoluendum,& extra qui Matri.accu.pos.c.uidetur.

8 Sed pone† inquisitor procedit contra aliquem, & uult ꝙ aliquis deponat ut testis,ille recusat uenire,uel deponere,Nunquid poterit cogi per inquisitorem,uidebatur ꝙ non, ut extra de testibus cogend. c. dilectorum,Et ꝙ ibi no. Sed dic ꝙ cogi poterit,& est speciale in crimine isto. ut extra de hære.c.excommunicamus.§.adiicimus. Nec excusaretur uoto uel iuramento in contrarium emisso,nec etiam priuilegio,quia licet ueritas quandoque possit celari hosti uel persecutori alterius,nunquàm tamen est celanda inuestiganti ueritatem.ut 22.q,ne quis.11.q.3. ne-quis.nec foret seruandum iuramentum uel uotum tale.22.q.4. in malis.& extra de testibus cogendis.c.peruenit.& c.fin.

CAPVT XIIII.

De teste qui deponit falsum, uel postea retractat dictum suum.

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens falsum coram inquisitore an & à quo possit puniri,*
2 *Testis falsus, seu falsum deponens quis dicatur.*
3 *Testis obscure deponens coram inquisitore poterit ab eo repeti ut claræ deponat.*
4 *Testis qui semel deposuit coram inquisitore an poterit redire ad retractandam suam depositionem.*

1 SI testis deponit † falsum coram inquisitore, & quæratur quomodo ex hoc debeat puniri, & per quem, dic quòd contra similem testē duplex est uia puniēdi, una ordinaria, uidelicet. legis Corneliæ de falsis, & ista infligetur per iudicem cōpetentem & ordinarium iudicem deponentis, si accusabitur coram eo, ut. ff. ad l. Cornel. de falsis. l. eos. Alia est uia arbitraria & extraordinaria pro motu Iudicis, cuius aures uiolauit, dum esset ingressus secretum ipsius, ut. C. de testi. l. Nullum. & ita not. ff. de testi. l. qui falsa. unde in hoc casu punietur testis per inquisitorem, In cuius examine & iudicio noscitur deposuisse falsum testimonium. Et pœna quæ infligetur in hoc casu per eum erit arbitraria pro motu inquisitoris, cum non inueniatur a iure determinata. ut. ff. de exra. crim. l. 1. §. explicatores. Et extra de offic. dele. c. de causis. & si uidebitur sibi imponere pœnam pecuniariam huic testi falso, poterit, ut extra de pœnis. c. 2. & extra de hæreti. c. 1. in prin. in compilatione Clementis. De hac tamen impositione pœnæ pecuniariæ latius dicetur infra. in c. An & quando inquisitor possit pœnas pecuniarias imponere &c.

2 Quis autem dicatur † falsus testis, seu falsum testimonium deponens, dic ꝙ falsus est ille qui deponit mendacium exprimendo falsum, & etiā ille qui supprimit seu celat ueritatem. Casus est extra de fals. c. j. & semper intellige quando fit scienter & dolose, Quia sine dolo falsum non cōmittitur, ut. C. de fals. l. Nec exemplum. Sed pone ꝙ ipse testis in suis dictis uacillat coram inquisitore, quid fiet? Dic ꝙ inquisitor poterit eum ponere ad torturam, sicut etiam in alijs criminibus uacillans torquere-

tur.

tur,ut ff.de quæstionibus.l.ex libero.& l.de minore.§.tormenta. Nam & inquisitor qui est iudex ecclesiasticus potest torquere, dummodo sanguinem non eliciat,ut extra de uerb.sig. c. Cum in contemplatione. Ad quod concor.23.q.ult.ijs a quibus. Et extra.de rap.in Archiepiscopatu. & c.j.post prin.in compil.Clementis.

Sed pone † ꝙ testis deposuit etiam coram inquisitore ita obscure & ita confuse ꝙ per eius dicta non potest bene elici ueritas. Quid erit? Dic ꝙ inquisitor poterit eum secundo uocare & examinare ut clare deponat,ut extra de testibus.c.per tuas,& c.cum clamor.ar.ff.de quæst.l. Repeti.cum simi.

4 Sed pone † ꝙ testis primo deposuit in negotio fidei coram inquisitore,postea uenit ad inquisitorem & reuocat & retractat dictum suum expresse, dicens ꝙ ex tipo malitiæ & fraudis primo deposuerat falsum, & modo dicit ꝙ ea quæ deposuit non sunt uera,& dicit contrarium primo dicto. Nunquid stabitur primo dicto uel reuocationi secundę, & circa hoc dicas, quòd si testis primo deposuit pro fide contra hæreticum propter reuocationem ipsius factam ex interuallo non eneruatur primum dictum ipsius, licet suæ fidei aliqualiter detrahatur, Quia ex quo potuit loqui parti inquisitæ præsumitur corruptus,& ex subornatione uenire ad reuocandum,& sic suæ reuocationi non statur, ut extra de præsump. cap. literas.de testibus.c.cum causam.2.& de testi.cog.c.præterea,& ibi no. per Inno. Ad quod concor.in auth.de testibns.§.Quoniam.coll.7. si uero prius deposuerat pro hæretico seu ad deffensionem inquisiti, & postea retractat & uult deponere contra eum, Certe stabitur secundo dicto & retractationi ipsius,Nisi appareat ꝙ modo secundo deponat ex odij fomite,uel ex animi leuitate,ut extra de hæreti.c.accusatus.§.licet.li.6. Et ratio huius diuersitatis est fauor fidei, & detestatio criminis, ut ibi patet. Et in eo.titu.cap.in fidei. Nec propterea tollitur quin iste testis qui confitetur se deposuisse falsum ueniat puniendus per inquisitorem, Quia eum poterit punire, prout supra circa principium. huius capitul. est ostensum.

CAPVT XV.

De collationibus & consilijs habendis per inquisitores in sententia & processu.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor quid facere debeat ut salua iustitia procedere possit contra hæreticum.*

2 *Inquisitores quare in procedendo debent requirere consilia peritorum, assignatur ratio.*



QVIA inquisitores ut plurimum sunt iuris ignari, & possent faciliter sic decipi ex processibus, ꝙ absoluerent condemnandum uel damnarent forsitan absoluendum, idcirco † ut in talibus procedant semper salua iustitia, debent circa occurrentia processus communicare consilia peritorum in iure. Quia licet pp ommissum ordinem iudiciarium non uitietur processus. ut extra de hæreti.c.fin.in prin.li.6. Tamen circa sententiam non est iustitia uiolanda, & ob hoc iura disponunt, ꝙ siue sit inquisitor, siue episcopus, uel eius uicarius eps inqsitori cõmunicet processum, & alter alterius exquirat cõsilium in grauibus & arduis, ut in torquendo, uel damnando, ut in compil. Clementis, extra.eod.cap.j.§.in princip. & si ipsi discordant inter se, quia unus non uult alteri consentire in condemnando, tunc negotium instructum remittatur ad papam. ut extra eo.c. per hoc.lib. 6. & hoc in condemnando sed in absoluendo, ubi unus processit sine alio separatim, Tunc is qui cognouit potest solus absoluere alterius consilio petito, licet consensu non habito, ut no. domi. Ioan. Andrea.in dict. cap. 1. in glo. tercium. & in glo. sed nunquid. & de hac participatione consilij dicetur in capitulo. An & quando inquisitor posit pœnas remittere. Item etiam est statutum a iure ꝙ aduocent ad se peritos in iure, & alios religiosos & literatos & peritos in sacra pagina, & isti tales ad hoc uocati sunt cogendi uenire & consulere in prædictis. Ita probatur extra de hæret. c. ut commissi.lib.6 & si propter iuris dissonantiam uel propter uarias doctorum opiniones dubietas remaneret, erit sedes apostolica consulenda, ut extra qui filij sint legitimi. c.per uenerabilem.& extra eod.c. super eo.lib. 6. & dic ꝙ isti exhibebunt suum consilium gratis, nihil petendo, sed inquisitor de sua ꝓuida discretione faciat eis solui, nã recte possunt salarium recipere gratis oblatum eisdẽ, ut no.do. Arch.in d.c.ut commissi, ubi expresse dicit, ꝙ Medici quantumcunque scientia præditi & alij literati non sunt ad talia consilia conuocandi.

2 Et rõ † quare iura imponunt inquisitoribus ꝙ exquirant hæc consilia, esse potest, Quia in tanto crimine est procedendum cum magna cautela, ut extra eod.cap.inquisitionis.lib.6.§.uerum. Et quæ cum maiori consilio fiunt maiori firmitate nituntur.ut, C. de repud. l. Non est dubium.extra de offic.dele.c.prudentia.§.illa.xx.dist. de quibus, & accedat quòd dicitur, ubi maius est periculum ibi cautius est agendum. ut ff.de carbo.edic.l.j.§.sed & si quis.cum simi. Et ueniat ad simile.ff.de assess.

ſeſſ.l.j.& extra de appel.Cum ſpeciali.& ꝗ not.extra de off. dele.c.ſuper quæſtionum.§.uerum.in glo.& ideo.

CAPVT XVI.

De hæreticis ſeu credentibus,& de pœnitentibus,& relapſis, quomodo & qualiter ſunt ad miſericordiam recipiendi.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus conuictus an recipiatur ad miſericordiam.*

2 *Hæreticus pertinax quis dicatur.*

3 *Relapſus quis dicatur,& quot modis.*

4 *Relapſus ficte quot modis quis dicatur.*

5 *Hæreticus quis & quando ad miſericordiam recipiatur.*

6 *Hæreticus an admittatur ad miſericordiam, ſi eam non petat ſtatim, ſed ſolum ante ſententiam.*

7 *Hæretico redeunti quid proſit receptio.*

8 *Epiſcopus uel inquiſitor quomodo debeant ſe habere cum redeunte ad pœnitentiam.*

9 *Clericus hæreticus rediens & receptus an debeat deponi, uel ſuſpendi à diuinis.*



DIctum fuit ſupra ꝗ quis conuincitur de hæreſi multis modis,
1 Nunc † eſt uidendũ an conuictus recipiatur ad miſericordiã, Circa quod eſt ſciendum, ꝗ conuictorum hæreticorum Quidam ſunt pertinaces in ſuis erroribus, Quidam ſunt relapſi, & Quidam ſtatim redeunt ad fidem ortodoxã & petunt miſericordiã de cõmiſſis.& de iſto ultimo qui redit & petit miſericordiã infra in fi.latius diſſeretur,ſed de ijs duobus alijs uideamus, quia diuerſimode cum ipſis eſt agendum. Et primo de pertinace, eo tamẽ ſemper retento ꝗ id quod dicitur de hæretico intelligatur etiam dici de credente, Quia ſunt pares in ſcelere & in pœna, ut extra de hæret.c.placet.& merito,quia quos par facinus coinquinat, & coquat eos par pœna conuenit ut.C.de hæret. & Manich.l.quamquam.& dictum fuit ſupra in c.de credentibus.

2 Circa † pertinacem igitur eſt ſciendum ꝗ hoc uerbum pertinax,componitur ex duabus ſcilicet ex per & tenax tenacis,unde pertinax ideſt ual

de tenax,& pertinaciter idest ualde tenaciter.Ita no.ff.de suspec.tu.l.3 §.tutores.Illa enim præpositio,per,habet augere id cui adiungitur, sicut patet in hoc uerbo pernoctare,& de off.præsi.illud,simile in præpositione,de, ut.ff.de pœ.l.j.in prin. Ex hoc ergo patet,ꝙ pertinax hæreticus siue credens est ille qui cõuictus tenaciter defendit illum errorem,nec uult illũ cognoscere, ac detestari,ac redire ad ecclesiæ unitatem immo recusat hæresim abiurare uel se purgare ad arbitrium inquisitoris uel episcopi.Ita probatur 24.q.2.Qui in ecclesia,& extra de hæret. c.ad abolendã. §.laycus.de uer.sig.super quibusdam.in prin.& de hæret. c. excommunicamus. §. si quis uero ex ijs,& not.de hoc Archi.extra eod.c. 2.in princ. libr. 6.


3 Relapsus dicitur † quandoque uere & quandoque ficte , uere relapsus dicitur ille qui per confessionem uel ueram probationem primo fuit cõuictus de hæresi,& ipsam abiurauit, Deinde postea reincidit in errorem illum primarium,secundum dominum Io. Andreæ, uel quemcunque alium errorem,secundum dominum Archid. prout notant ipsi ambo extra de hæret.cap. accusatus.post prin.lib.6. Et certe opinio d. Archi. est tenenda, quia iuuatur ualidioribus rationibus , ut ibi patet , & maxime quia non refert quo genere erroris quis in hæresim relabatur. Nam semper tendit ad unam nequitiam sceleris, & ad unum finem scilicet deuiandi a fide catholica.ut.C.de hæret.Arriani.in prin.Et dicitur,hæretici diuersorum errorum habent facies diuersas, sed caudas adinuicem colligatas,quia de uanitate conueniunt in id ipsum,ut extra de hære.c.placet. & exinde dicitur relapsus quasi secundo lapsus , Nam hæc monosillaba reiterationem inducit, ut ff.de uerb.signifi.l.uerbum redolendi.cum simil.

4 Ficte autem † relapsus dicitur quis duobus modis, uno modo quando non fuit conuictus de hæresi, sed ꝑꝑ uehementem suspitionem quæ erat contra eum abiurauit,& post abiurationem reincidit in errorem,secundo modo dr̃ quis ficte relapsus econtra Videlicet quando prius fuit conuĩctus de hæresi & abiurauit, deinde postea non reincidit uere in errorem,sed incidit in uehementẽ suspitionẽ hæresis,ut uidelicet,quia habet cõuersationem cum hæreticis, quia eos uisitat,uel associat scienter, uel eis præstat alimoniã,euitat consortium fidelium,non uult audire diuina,uel similia facit de quibus dictum fuit supra in c. ex quibus indiciis. ijs enim duobus modis dicitur quis ficte relapsus,quia ad hoc ut dicatur uere relapsus debet constare de primo & secundo lapsu , & in istis casibus solum de uno lapsu uere & de alio per præsumptionẽ ut supra patet aperte hæc autem dicta de relapsis probantur extra de hære. c. Accusatus.

tus.§.cum uero.lib.6.& ibi loquitur de uere relapso,& infra eod.ca.in prin.loquitur de primo qui est ficte relapsus. & in eo. c. §. ille quoque. loquitur de secundo qui etiam dicitur ficte relapsus, & prædicta loquuntur in quadam constitutione clarius Alexandri Papæ,quæ incipit, quod super.ex qua sumptum fuit dictum. c.Accusatus.

5 Iis igitur taliter peroratis nunc ueniamus ad secundā partem rubricæ.uidelicet.Quis, q̄uo,& quando ad misericordiā recipiatur,& in hoc nihil est dicendum de primo. s. pertinace,quia ille non redit, immo in suo errore persistit, ut supra est ostensum, sed circa alios redeuntes sic uidetur esse dicendum quia aut hæreticus siue credens uult redire, & petit misericordiam post sententiam & postq̄ est damnatus,aut ante sē tentiam & condemnationem,si post sententiam & condemnationē,per quam esset damnatus de hæresi, ante tamen executionem redit & petit misericordiam,quia post executionē pœnarū frustra misericordia peteretur,& tunc recipiendus erit ut euitet pœnas animæ. s. pœnam gehennalē,& ut admittatur ad ecclesiastica sacramenta, & absoluatur ab excommunicatione, qua tenebatur astrictus, si modo ostendat signa ueræ pœnitentiæ, sed quo ad euitandum corporalem uel temporalem pœnam,nullatenus admittetur, quantum ad hoc tarde uenit qui sententiam expectauit. Iste est casus extra de hære. c. super eo.libr. 6. Et clare patebit ex iis quæ statim infra dicentur, & quando & cui etiam præter crimen hæresis sit audientia deneganda no.24.di.in nomine domini. in glo.hic habes. Si uero uult redire ad ecclesiæ unitatem, & petit misericordiam ante condemnationem & sententias, & tunc si in ipso rei primordio cum incidit in errorem, uel ēt statim cū deprehenditur in errore,uel inquiritur contra eum,ipse confitetur & detestatur suum errorem, & humiliter petit misericordiam recipiendus est omnino, si mō inquisitor uiderit eum ex puro corde & fide uera,non ficta redire, ut extra de hæret,c.ut officium.§.prouiso.lib.6.de pœni.dist.3. Inter hoc.de consecra.di.4.ostenditur.27.di.quod interrogasti.1.q.1.sicut ficti. Et merito dēt recipi per inquisitorē iste talis Quia ecclesia nō claudit gremium redeunti.C.de sum.Tri.& fi.cath.l.fi.& d.c.super eo. Deus enim non uult mortem peccatoris sed ut magis conuertatur & uiuat.ut habetur Ezech. 18. capitulo. & habetur transumptum in canon. 23. q. ulti. ijs & quibus, immo anteq̄ condemnet debet inquisitor insistere blanditiis & certis consiliis ut ille redeat.ut.1.q.7.c.uenientibus. ueniat xxvj. q.vj.Cognouimus.1.q.7.si quis omnem. & in auth.ut non luxurient. cō tra naturam post prin.coll. 6. Nam pœnitentibus uenia est concedenda,ut.C.de hæret.l.Manicheos.de pœni.distinctio.3.Ad hoc.45.distin.

sunt



ſunt nanque.& capitulo.diſciplinam.ubi not.

6 Si uero† nō ſtatim uult redire,nec ſtatim ab initio petijt miſericordiā, ſed poſtea in proceſſu temporis ante tamen ſentētiam,in hoc an debeat recipi ſunt opin.nā d.Arch. uidetur expreſſe tenere ꝙ illi demū ſunt recipiendi qui ſponte redeunt,non coacti, & illos dicit ſponte redire qui miſericordiam petunt infra tempus gratiæ, quando non ſunt præuenti per alium accuſantem,& allegat ipſe.ff.ad ſenatuſconſ.Tertyl.leg.2.§.ſi Mater.uerſ.Quid ergo.& potuiſſet allegare.ff.de iure fiſci.l.ædicto.in prin.& C.ad.l.iul.maie.l.quiſquis.idem dicit ipſe ſi res eſt adhuc omnino integra,ut quia non ſunt corporaliter capti,nec probationibus adhuc conuicti,nam & ijs caſibus non uiderentur ſponte redire, ſed metu detentionis & probationum.& allegat.ff.de opt.legata.l. mancipiorū, optime faceret ad hoc.ff.de iureiur.eum qui.C.de nō nu.pec.Auth.qui contra propriam, dicens ipſe ꝙ poſt dicta eſt dignus uenia. ut C. de ijs qui latro.l.fi.& ita ſecundum eum debet intelligi 24.diſtin.c.ulti.prout no.ipſe d.Arch.extra de hære.c.ut commiſſi.lib.6.ſuper uerbo,obedientes, quam tamen opinionem non dixit ex ſe, ſed eam habuit ex iis quæ recitauit.d.Clemens iiij.in quadam ſua conſultatione quæ incipit, quoniam illis, de qua fuit habita mentio ſupra in fi. ca. de receptatoribus.ſed certe iſta opinio eſt nimis rigoroſa,& ſecundum ipſam ſequeretur abſurdum. uidelicet quòd non poſſet mitius agi cum iſto uolente redire q̃ cum pertinace, cum iſte eſſet omnino damnandus ſine ſpe ueniæ ſicut pertinax damnaretur,& directo uidetur illi opinioni cōtradicere tex.extra de hæret.c.ad abolendam. & c.placet, in quibus dicitur expreſſe ꝙ hæretici poſſunt recipi poſt deprehenſionem erroris, & in dict.c.ſuper eo. ſolummodo denegatur ꝙ recipiantur hæretici redeuntes poſt recidiuam,uel poſtq̃ ſunt damnati,ergo quandocunque ante miſericordiā alij uolentes redire erunt recipiendi, & ideo arbitrio inquiſitoris uel epiſcopi relinquitur recipere uolentes ante ſententiam redire, & hæc poteſtas uidetur attributa eis tam recipiendo q̃ mitigando pœnas redeuntibus,per quandam extrauagantē conſtitutionem Innocentij Papę,quæ incipit,ſuper extirpatione,quæ quamuis non ſit in libris, tamen poteſt allegari & ſeruari, cum non ſit cæteris contraria ſed potius iuri cōſona,ut extra eo.c.fi.li. 6. unde ſecundum hoc inquiſitor uel Epiſcopus ex ſuo arbitrio & pro ſuo motu recipient redeuntes ante ſententiam,& ita ſeruat generalis conſuetudo officij inquiſitionis.

7 Modo † uideamus quid proderit redeunti ſi recipiatur, & quomodo procedatur cum ipſo redeunte recepto, & certe ex quo redit tali tempore quòd recipitur,hoc eſt ante ſententiam, nō ſolum proderit ſibi ad

ſalutem

ſalutem animæ,ſed etiam ad ſalutem corporis, uidelicet ut non damnetur poſtea pœnis hæreticorum, & ut euitet pœnas corporales ſeu legales quæ ueniuut hæreticis infligendæ, nam in hoc prodeſt ſi recipiatur, ut dicto.c.ad abolendam.& c.placet.extra eo.& c. ſuper eo.ſuperius allegatis. Quæ autem ſint iſte pœnæ quæ ueniunt hæreticis infligendæ, infra c.de pœnis hæreticorum late dicetur.

Circa † uero ipſum redeuntem ſic ſe habebit inquiſitor uel etiã Epiſcopus, quia ante omnia caute proſpiciet ſi ille redit ex puro corde & uera fide non ficta,ut ſupra eſt dictum,& ſi uiderit ipſum uere redire,benigne &gratioſe cũ recipiet,Cõſiderabit tñ an iſte rediẽs ſit relapſus uel non, ſiquidem inuenerit ipſum eſſe relapſum uere uel ficte faciet ipſum detrudi in arctum monaſterium ad perpetuã pœnitentiam peragendã. Vt extra de hæret.c.ad abolen.§.illos & c.placet. & c. ſi qui autem. uel hodie dic ut extra eo.c.ſuper eo.li. 6. uidelicet ut relapſus rediens recipiatur ad eccleſiaſtica ſacramenta quo ad ſalutem animæ, non autem ut temporales pœnas euitet,ut patet in dicto.cap. ſuper eo.ſi uero non erat relapſus,tunc non eſſet in monaſterio perpetuo detrudendus, ſed aliter pro motu & arbitrio inquiſitoris erit purgatio indicenda, nam ſi inquiſitori uidebitur, faciet ipſum hæreſim abiurare, & ſi ille recuſaret uelle abiurare,non eſſet recipiendus, immo eſſet tanq̃ hæreticus condẽnandus.ut extra de hæret.c.excommunicamus.§.ſi quis uero ex ijs.Item poterit eum per alias pœnitentiales pœnas purgare, faciendo eum ieiunare,ſanctorum limina uiſitare,errorem ſuum etiam in publico deteſtari, & ſimilia eidem iniũgere pro ſuo arbitrio & prout melius nouerit expedire,& ſi ipſe in hac purgatione deficeret,foret tanq̃ hæreticus puniẽdus. Iſta probantur extra de proba.literas. Et extra de purgatione cano. c.inter ſollicitudines,& d. c.ad abolendã.§.præſente. Ad quod concor. 24.q.4. dixit Apoſtolus.poterit inſuper ipſe Epiſcopus uel inquiſitor exigere ab ipſo redeũte cautionem & fideiuſſores ſub pœna pecuniaria deparendo mandatis, & pœnam exigere ſi non pareat, ut patet in extrauaganti Innocent. quæ incipit, ſuper extirpatione quæ fuit ſupra proxime allegata, poterit etiã pœnam pecuniariam imponere, & alias pœnitentias iniungere, prout dicetur infra in c. An inquiſitor poſſit pœnas pecuniarias imponere & cap.de pœnitentialibus pœuis &c.

9 Sed pone † ꝙ iſte qui ſic redit & recipitur eſt clericus. Quid erit. An poterit deponi,dic ꝙ non deponetur ab officio uel beneficio.ut 24. quæ.6. dixit Apoſtolus. Et not.diſt.2 1. Nunc autem in gl. ſed uidetur. in fi.ſed poterit ſpſpendi ad tempus.& ita no.d.Arch.extra de hære.ca. ut commiſſi.lib. 6. ſuper uerbo, conſilio. Quando autem & per quem

clericus

clericus deponatur, dicetur infra ca. de pœnis hæreticorum & credentium, & ibi uide de hoc. Item an rediens ad unitatem ecclesiæ idest renuntians suæ hæresi, possit recipi in episcopalem dignitatem, & an cæteri clerici redeuntes ab hæresi possint in suis omnibus recipi, uide plene. j.q.7.per totum.

CAPVT XVII.

DE pœnis fautorum, defensorum, & receptatorum.

VMMARIVM.

1 *Fautores, defensores, & receptatores hæreticorum an sint hæretici, uel de hæresi suspecti.*

2 *Fautores, defensores, & receptatores hæreticorum quibus pœnis afficiãtur, & quando puniri poßint ut hæretici.*

3 *Excommunicatus persistens in excommunicatione per annum quas pænas incurrat de iure ciuili.*

1 ISTI tres scilicet fautores, defensores, & receptatores satis ꝓximi sunt hæreticis, & credentibus. Sed † tamen non sunt tales, nec puniuntur pœnis paribus cum eisdem, & primo est sciendum, ꝙ propter fautoriam, & defensionem, ac etiam receptationem insurgit uehemens suspitio contra tales, & propter hanc suspitionem poterit inquiri contra ipsos, ut patet per iura quæ inferius allegantur, & 13.q.3. ij qui. & propter hanc suspitionem poterit eis purgatio indici ad arbitrium inquisitoris. uel episcopi, ut plene dicetur infra capitulo de pœnis pœnitentialibus in qua purgatione si defecerint, tanquam hæretici poterunt damnari, ut extra de hæret.c. excommunicamus. j. §. qui autem. extra de præsump.c. literas. & extra de purgat. cano. c. inter sollicitudines. Et dictum fuit supra in tractatu cuiuslibet prædictorum.

2 Isti tales † subiacent pœnæ exteriori ipso iure ut extra eo.c. sicut ait. Qua excommunicatione postq̃ per inquisitorẽ uel episcopum fuerint ex dicta causa nodati, si in ea persistãt per annum, tanq̃ hæretici sunt damnandi. Et ita probatur C. de hæret. Auth. credentes. quæ fuit Federici Imperatoris. Et est approbata, ut extra de hæret.c. inquisitionis. lib. 6. Et habetur in tex. extra eo.c. excommunicamus. j. §. credentes. Et insuper postq̃ fuerint ex hac causa excommunicatione nodati, subiacẽt aliis

pœnis,

pœnis,quia fiunt infames.& intestabiles actiue & passiue, & eis omnes actus legitimi sunt penitus interdicti. Vt patet in dicto.§.credentes. Itē nullum beneficium ecclesiasticum assequi possunt.ut extra de hæreti. c. ij.Quod incipit.Quicumque.& c.statutum.lib.6. item non sunt tradendi ecclesiasticæ sepulturæ,si tales decedant,ut dic.c.Quicunque.in prin. & dicto.c.sicut ait.

3 Item alia† pœna est talibus infligenda de iure ciuili. Quia tales sic excommunicatione nodati in excessu persistentes sunt baniendi, & in perpetuum relegandi,publicatis omnibus eorum bonis,prout traditur in quadam constitutione Federici Imperatoris,quæ incipit, Patharenorum.Et est seruanda,ut extra de hæreti.c.ut inquisitionis.lib.6.

CAPVT XVIII.

De pœnis hæreticorum, & credentium, & quomodo & quando traduntur iudici seculari.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ hæreticis & ipsis credentibus debitæ quæ & quotuplices sint.*
2 *Matrimonium an & quomodo dissoluatur si alter coniugum labatur in hæresim.*
3 *Hæretici bona confiscantur & quomodo confiscatio locum habeat.*
4 *Sententia declaratoria iudicis an sit necessaria super confiscatione bonorum hæretici.*
5 *Confiscatio bonorum in crimine hæresis ut locum habeat quæ requirantur.*
6 *Inquisitor uel Episcopus quid seruare debeant in puniendo clericum hæreticum.*
7 *Clericus hæreticus quando sit degradandus & traddēdus curiæ seculari.*
8 *Inquisitor traddito clerico curiæ seculari non potest amplius se intromittere.*

1 POEnæ quæ hæreticis,†& credentibus infliguntur sunt multę, Et quædam infliguntur eis à iure,& ipso facto, & quędā ueniūt ab homine infligēdæ,a iure canonico infligūtur istæ,q̄a primo sunt statim cum in hæresim incidunt excommunicati, ut extra de hæret.c.ad abolendam.in prin.Et c.excommunicamus.§.credentes. Quod quidem intelligunt quidam esse uerum non solum si sunt

hæretici

hæretici manifesti sed etiam si sunt omnino occulti. Vt not. in compilatione Clementis.extra eo.c.j.circa fi.in glo. hic patet aperte, & not. de hoc per d.Archidia.extra de Sum.Trinita. & fi.ca. fideli. de senten. excommu.c.cum quis.lib.6.Item omnes eorum fideles liberantur,& omnino obligatio eis quæsita dissoluitur.extra eo.c.fi. item in filiis dissoluitur uinculum patriæ potestatis, ut extra eo.cap.2.§.fin. lib.6.& ipsi filij fratres & sorores talium debent eos deserere,ut 28.q.1.infidelis.

Immo plus quia cum eis dissoluitur seruitus coniugalis, nã ubi quis recedit a cultu fidei orthodoxæ,& in hæresim collabitur, coniux non tenetur sibi cohabitare, & potest petere ut iudicio ecclesiæ separetur ab illo, & pro hac fornicatione spirituali fiet thori separatio. sicut fieret ꝓ carnali.ut.28.q.1.c.simili modo.& c.idolatria.usque in fi.& eadem causa & q.2.c.fi.Et habetur extra de diuor.c.quanto.& c.ex literis.Ad quod 12.q.2.si quis.Et si talis hæreticus post lapsum redierit ad ecclesiæ unitatem,tunc si non erãt separati iudicio ecclesiæ alter coniux tenetur omnino redire ad illum, si uero erant iam per sententiam separati, tunc erit in electione illius qui in fide remansit an uelit redire ad coniugem, uel religionem intrare,quia non posset in seculo remanere, nec alium accipere illo uiuente qui est modo conuersus,cum ipse dicatur per pœnitẽtiam esse sanatus.ut 32. q. 1. quod autem . & ita debet intelligi extra de diuor.c.de illa,& c.quanto.extra de conser.coniug.c.fi. item fiunt infames,intestabiles actiue & passiue,nec habent alicuius rei commerciũ, item non possunt creari rectores seu iudices ciuitatum uel locorũ,item omnes actus legitimi eis interdicuntur a iure, item non possunt aliquod ecclesiasticum beneficium obtinere, item si tales decedant non sunt tumulandi in cimiterio sed eis denegatur ecclesiastica sepultura. hæc omnia probantur per diuersa iura ut dicto.§.credentes.& extra eo. c. 2. in prin.& in fi.& c.statutum.2.lib.6.Et C.de hæret.l.Manicheos.Et auth. credentes.C.de Apostatis.l.2.

3 Item eis alia pœna infligitur a iure, quia statim commisso scelere id est statim eum incidunt in errorem uel hæresim ipsi perdunt omnia eorum bona,& ipso iure confiscantur.Nam hoc contingit in crimine læsæ maiestatis.ut.C.ad.l.iul.maie.l.quisquis.& l.fi. accedat.ff.de donation. l.donationes.Et in quibusdam aliis criminibus.ut C.de incestis nup.l.cũ ancillis.de rapt.uir.l. j. ff. de public. & uectiga. l. commissa. cum sim. unde multo fortius in hoc maximo crimine,ut extra de hæret.c. uergentis.Ad quod concor.6.q.1.Si quis.dominus tamen Din.intelligebat ista iura taliter,uidelicet ꝙ statim commisso crimine perderet administrationem suarum rerum & potestatem disponendi super eis, Dominium

uero

uero non perderet ipso iure, sed demum per sententiam confiscationis & publicationis, ita notauit.ff.de iure fi.le.imperator noster. Sed hodie uidetur dicendum ꝙ statim commisso crimine perdit ipso iure etiam dominium.ut extra de hæret.ut inquisitionis.§.prohibemus. Et est casus extra de hæret.Cum secundum leges.lib.6.quamuis de mero iure ciuili in bonis hæreticorum olim aliter dicebatur.ut.C.eo.l. Manicheos. & l. Quicunque. Et de hoc notat Gof.in summa.eo.tit.2.& 3.col. item desinunt posse bona aliqua possidere, & per consequens præscribere. ut 23. q.7.per totum.8. di. Quo iure.iuncto. c. Sine possessione.de regul.iur. lib.6.

4 Circa hanc† tamen bonorum confiscationem de qua supra præmittitur. Sciendum est ꝙ licet bona ipso facto seu ipso iure confiscata intelligantur commisso crimine hæresis,tamen necessaria est sententia declaratoria iudicis super ipsa confiscatione & ademptione bonorum,quæ sententia declaratoria olim fiebat in terris ecclesiæ per iudicem ecclesiasticum,uidelicet Episcopum uel inquisitorem, in aliis uero terris imperij fiebat per iudices & Principes seculares,prout claret aperte in c.uergentis.de hæret.Sed hodie indistincte iudex ecclesiasticus ubique facit hanc declarationem super confiscatione bonorum, & iudex secularis se non intromittit ante sententiam ecclesiastici iudicis super hoc crimine, nec etiā super cōfiscatione uel executione cōfiscationis nisi quatenus per ecclesiasticum iudicem fuerit requisitus, cum hoc sit sibi penitus interdictum,ut extra de hæret.c.ut inquisitionis.§.prohibemus.& c.cum secundum leges.in fi.lib.6.

5 Et aduertendum est† ꝙ hæc pœna confiscationis seu ademptionis bonorum uendicat sibi locum solummodo in illis quos constat fore hæreticos,uel qui de hæresi sunt damnati.ut dicto.c.ad abolendā. & extra de uerbo. significatio. super quibusdam. Non autem in aliis qui sunt sola suspitione notabiles,sicut sunt fautores & similes,ut probatur extra eo. c.accusatus.§.porro.& §.in eo. Ab homine uero ueniūt infligendæ aliæ pœnæ,& quædam eis ueniunt infligendæ de iure canonico. Quædā uero de iure ciuili. De iure canonico iudex ecclesiasticus fert sententiam contra hæreticum per quam iudicat ipsum fore hæreticum.& eum tanquàm hæreticum damnat illum relinquēs iudicio secularis potestatis puniendum pœnis quæ puniunt hæreticos secundum canonicas sanctiones,& sic tali sententia lata relinquit illum damnatum sic iudici seculari.ut extra de hæret.c.ad abolendam.§.præsenti.& §.laycus.& c.placet. §.damnati,Et clarius patet infra de formis sententiarum.Et hoc est uerum ubi talis damnatus esset laycus.

Sed

6 Sed ubi † esset clericus debet attendere diligenter inquisitor, An uellit illum solummodo deponere ab officio & beneficio. An uelit etiam ꝙ ipse degradetur ut sic relinquatur puniendus per iudicem secularem, nã ubi uellet ipsum deponere & priuare solummodo officio & beneficio. Ipse inquisitor per se poterit hoc facere requisito cõsilio Episcopi dioecesani uel eius Vicarij, ut extra de hæret. c. ut commissi. §. priuandi. lib. 6. Vbi uero deberet degradari, tunc quando depositio ab officio & beneficio fuisset facta per inquisitorem ut supra, degradatio relinquatur Episcopo, & olim faciebat ipsam degradationem Episcopus suus conuocatis & præsentibus aliis pluribus Episcopis, sed hodie fieri potest per ipsum solum Episcopum sine aliquibus aliis Episcopis, conuocatis tantum Abbatibus & aliis prælatis, & uiris religiosis & literatis, ut patet extra de hære. c. j. lib. 6.

7 Et si † quæratur quando erit degradandus & tradendus iudici seculari. Dic ꝙ quando transiuit in profundum omnium malorum, & prorsus ostendit se incorrigibilem, ut extra de iudi. cũ non ab hoĩe. cũ sim. Nec credas ꝙ iudex ecclesiasticus manualiter tradat iudici seculari puniẽdos, sed post suam damnationem & sententiam declarat ipsos fore exutos priuilegio clericali, & pro hoc eos relinquit dicto iudici seculari & sub eius iurisdictione, supplicans tantum ꝙ agat misericorditer cũ eisdem, ita patet extra de uerbo. significatio. c. Nouimus. & extra de pœnis. degradatio. lib. 6.

8 His expeditis † iudex ecclesiasticus non intromittit se amplius de persona sed iudex secularis illum punit secundum canonicas sanctiones. Circa ꝙ est uidendum quæ sint illæ pœnæ quæ sunt infligendæ damnatis de hæresi secundum legitimas sanctiones seu de iure ciuili, & in hoc dic, quod olim erant aliæ pœnæ, ut C. de hæret. l. quicunque. in fi. Et extra eo. c. placet. §. damnati. Sed hodie indistincte illi qui per iudicem ecclesiasticum sunt damnati de hæresi, quales sunt pertinaces & relapsi ꝗ non petunt misericordiam ante sententiam, sunt damnandi ad mortem per seculares potestates. Et per eos debent comburi seu igne cremari. Ita patet in quadam constitutione Federici Imperatoris, quæ incipit, commissi. §. Item mortis. Et in alia constitutione eiusdem quæ incipit, inconsutilem. §. Contra tales. Et id post eum declarauerunt Innocen. & Clemens. iiij. in quadam constitutione extrauaganti quæ incipit, statuimus. §. si quando. Quæ omnes constitutiones sunt seruandæ. ut extra de hæret. c. ut inquisitionis. in prin. & c. fi. in fi. lib. 6. istæ sunt pœnæ quæ dãnatis de hæresi infliguntur, sed de pœnitentialibus pœnis quæ infliguntur redeuntibus uel suspectis, statim infra dicetur.

CAPVT

CAPVT. XIX.


An & quando inquisitor possit pœnas pecuniarias imponere.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor an & quo casu possit aliquem condemnare in pœnã pecuniariã.*

2 *Purgatio relicta inquisitoris arbitrio potest ab eo in pecuniariam uel aliam pœnam mutari.*

3 *Inquisitores ex qua potestate possint punire pœna pecuniaria, & an tali pœna clerici puniri possint.*

1 Irca impositionem pœnæ pecuniariæ est dicendum† quod si inquisitor damnat aliquem tanq̃ hæreticum non potest condẽnare in certa pecuniæ quantitate, duplici ratione, prima, quia ex quo damnat eum tanq̃ hæreticum omnia bona sua sunt illi aufferenda, unde ex quo auffert ei totum frustra quæritur de aufferendo sibi partem, seu aliquid ultra illud. Secunda est, quia ex quo damnat eum de hæresi & tanq̃ hæreticum, non potest mitigare pœnas commutando eas in pecuniam, quia contra hæreticos pœnæ sunt determinatæ a iure, & sunt certæ, unde non est in potestate iudicis seu inquisitoris ipsas conuertere uel commutare in pecuniam, nam facti quidẽ quæstio est in potestate iudicis, sed pœnæ impositio est in potestate legis seu iuris. ut. ff. de uerbo. significatio. l. illud. §. j. Et. l. si qua pœna. melius. ff. ad turpill. l. j. §. j. uer. Nam ut Papinianus. Et sic hoc casu non poterit immutare pœnam a iure determinatam in pecuniam, per iura prædicta. Eo maxime quia inquisitor est delegatus, ut extra eo. c. per hæc. lib. 6. Et immutatio pœnæ a iure statutæ non potest fieri per delegatum, sed demum per delegantem idest Papam qui potest super ipso crimine dispensare. ut extra de pœnis. c. ij. & ibi no. si uero inquisitor non condemnat tanq̃ hæreticum, sed uult inobedientem punire, uel suspectum seu recedentem corrigere & purgare, tunc poterit indicere mulctam. i. pœnã pecuniariam, sicut posset pro suo motu alias pœnas iniungere, ut infra titulo sequenti. Cum iis casibus pœna non inueniatur a iure determinata, inimmo relinquatur talis purgatio arbitrio inquisitoris. ut extra de hære. c. ad abolendam. §. præsenti. & c. excommunicamus. j. §. j. & §. adiicimus. & de purga. cano. c. inter.

2 Cum igitur† relinquatur arbitrio iudicis seu inquisitoris ista purga-

tio, certe pro suo motu imponet pœnam pecuniariam uel aliam, ut extra de officio delegat. c. de causis. Et ad hoc. ff. de effract. l. j. §. expilatores. Et potest in hoc casu intelligi extra eo. c. 2. circa. prin. ut di. inquisitoribus. Et in compilatione Clemen. ibi, ubi dicit. Quibusuis modis illicit is &c. ergo a contrario sensu modis licitis, sicut s. præmittitur, bene possunt pœnas pecuniarias exigere, & ita tenetur in glo. Caueat tantum ne volens imponere pœnam pecuniariam aufferat sibi omnia, quia hoc non licet, ut dicetur infra de confiscatione bonorum, & fuit dictum supra cap. proximo. versi. aduertendum, circa medium, hanc autem pœnam pecuniariam non imponet inquisitor ita improuide, sed tunc demum quando videt ꝙ talis pęna magis timetur, & magis etiã dolet quàm aliæ pęnæ pęnitentiales, vt puta quia purgandus est diues, & cupidus, & dolet cordialiter de pecunia soluenda, nam tunc merito imponet sibi pecuniariam pœnam, ut extra ut lite non contest. Quoniam frequenter. in fi. 23. q. 4. ea cum dicta, & eadem causa. q. v. prodest. Item si propter cupiditatem & auaritiam diutius est fæneratus, postea reddidit se suspectum, dicendo ꝙ facere usuram non esset peccatum, punietur in perditione pecuniæ, cum deliquerit in ipsa acquirenda, ut sic puniatur in eo in quo deliquit, ut extra de iure patro. pastoralis. cum sim. Et hac eadem ratione si purgandus expendit circa quantitatem & in substentationem & alimoniã hæreticorum poterit puniri, ut tantundem conferat in opera pietatis.

3 Et hæc † potestas pęnæ pecuniariæ est attributa inquisitoribus in quadam extrauaganti Innoc. Papę, quæ incipit, super extirpatione, ubi expresse dicitur ꝙ possunt pœnas pecuniarias imponere & expendere in substentatione sui officij & in fautoribus fidei, quamuis hodie in eorũ priuilegiis cõtineatur & est inductum etiam consuetudine, quòd certã partem istarum pœnarum ipsi cameræ Romanæ ecclesiæ, tenentur resignare. Sed quæro nunquid istæ pœnæ pecuniariæ possunt imponi clericis & dic, quod aut habent tantummodo bona ecclesiæ aut habent propria etiam, primo casu non possunt, quia non debent diminui bona ecclesiarum. ut extra de hæret. c. 2. §. Hæc scienter, in compilat. Clemen. nam delictum personæ non debet in damnum ecclesiæ redundare. ut extra de regul. iur. capitulo. delictum. libr. 6. si uero habeant propria, tunc poterit imponi super illis, quia ratio prędicta prohibens cessat omnino.

CAPVT

CAPVT XX.

De pœnitentialibus pœnis quæ suspectis uel redeuntibus infliguntur.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ quæ iniungi poßint pro arbitrio inquisitoris uel episcopi contra hæreticos.*

2 *Vsurarius asserens usuram non esse peccatum poterit puniri etiam ad restitutionem usurarum.*

3 *Inquisitor in imponenda pœna pœnitentiali debet considerare personam pœnitentis.*

4 *Purgandus si deficit in purgatione non implendo pœnitentias sibi iniunctas poteſt ut hæreticus damnari.*


Atisſime dictum eſt ſupra de pœnis hæreticorum & credentium, qui de hæreſi omnino damnãtur tanq̃ hæretici, ut puta quia redeunt & petunt miſericordiam, uel quia non ſunt hæretici ſed ſolum ſuſpecti quod illis iniungi debent pœnitentiales pęnæ, ſeu indici purgatio per inquiſitorem uel Epiſcopum prout dictum fuit ſupra de hæreticis credentibus redeuntibus &c. *Et* in capitulo de pęnis fautorum &c. & ſemper in iure huiuſmodi pęnitentiæ impoſitio & purgationis iniũctio relinquitur arbitrio inquiſitoris uel Epiſcopi, ut patet extra de hæret. c. ad abolendam. §. præſenti. c. excommunicamus. §. adiicimus. Et de purgatione ca. c. inter. cum ſim.

1 Ideo † merito eſt uidendum quæ ſint iſtæ pęnæ quę pro motu inquiſitoris uel Epiſcopi poſſunt iniungi, & quidem iſte pęnitentiales penæ sũt multæ, & omnes tendunt & imponuntur aut ad afflictionem corporis tantum, aut ad ſalutem animæ tantum, aut ad ſalutem animæ & afflictionem corporis ſimul, ut infra patebit, prima igitur pęnitentialis pęna quam imponere poterit pro ſuo motu, eſt abiuratio hæreſis, de hac habetur dicto. c. ad abolendam, & extra eo. c. Accuſatus. libr. 6. Et ſi ille recuſet hæreſim abiurare, non uidetur uere redire, nec uidetur uere correctus, & ideo tanq̃ hæreticus eſt damnandus, ut extra de hæret. cap. ad abolendam. §. laycus. & c. excommunicamus, §. ſi quis uero ex ijs. Item incarceratio, ſeu detruſio in monaſterium in perpetuum uel ad tempus quæ fiunt ad pœnitentiã peragendam, hoc eſt ut ibi pęniteãt, & per hoc

posſint apparere in eo ſigna ueræ pœnitentiæ, & an ambulet in tenebris an in luce, & ne ipſum pecus morboſum perſiſtens inter homines interficeret alias oues ſanas. de hoc habetur extra de hæret. capitulo. placet. §. ſi qui autem. extra eo. capitulo. ut commiſſi. lib. 6. & in compilat. clemen. extra eo. capitulo primo. & deinde fiunt vt ſupra in capitulo an inquiſitor poſſit carcerare. Item indictio ſeu impoſitio pœnæ pecuniariæ quando & quomodo poſſit imponi, ſupra capitulo proximo dictum fuit, dum tamen illud non ommittatur, quòd loco pecuniariæ pœnæ uel ſub illo colore non aufferantur omnia bona ipſi redeunti, ut ibi dicitur, & dicetur infra capitulo. de confiſcatione bonorum, item ut faciat edificari eccleſiã, uel hoſpitale, ut induat pauperes, uel faciat alia opera pietatis, ut in auth. de eccleſiaſti. titu. §. ſi quis autem edificationem non habens. coll. ix. & ita intelligi debet extra eod. capitulo. Accuſatus. §. ſi uero pro iis. libr. 6. item ſi talis male locutus fuit de fide, uel per ſua uerba oſtendit ſe in aliquo male de fide ſentire, faciet eum publice in triuiis, uel prædicationibus recognoſcere, & deteſtari ſuum errorem, item ſi olim fuerat indeuotus & minus catholicus, ut quia nunquàm uiſitabat eccleſias, nunquàm audiebat diuina officia, nunquàm ieiunabat, nec ſeruabat mandata eccleſiæ, iniungi ſibi poterit, ut ieiunet tot diebus in hebdomada, ut qualibet die uiſitet eccleſiam, ut etiam aſſidue audiat diuina officia, vt uiſitet limina Apoſtolorum & aliorum ſanctorum.

2 Item † ſi diutius fuerat fœneratus, & reperiatur eum dixiſſe uſuram non eſſe peccatum, poterit puniri ut exactas uſuras reſtituat, & amplius non fœneretur, ita intelligitur quòd not. extra eod. dicto capitulo. Accuſatus. §. de quæſtionibus. Nec eſt mirandum ſi inquiſitor imponit pœnitentiam reſtitutionis tali, Quia ex quo ipſe inciderat in errorem, dicendo uſuram non eſſe peccatum, uel aliter, inquiſitor poterit procedere contra eum, & ſi ille redit & conuertitur habet agere pœnitentiam de commiſſis, ſed confeſſio & pœnitentia non eſſet ſibi fructuoſa eo remanente in peccato mortali, ut extra de pœniten. & re. capitulo. quod quidam. ut ergo perfecte proſit, iniungit ſibi reſtitutionem earum, de qua tamen reſtitutione ſe amplius non intromittet, ut dicto. §. de quæſtionibus, niſi quod ſi ille reſtitutionem recuſaret earum quæ manifeſte debentur, inquiſitor poterit procedere contra eum tanquàm contra deficientem in purgatione, ut infra eod. titu. circa fin. Item ſi publice fuit deteſtatus fidem catholicam, uel publice oſtendit ſe infidelem, imponi ſibi poterit ut ad tempus portet crucem magnam & patentem aſſutam ad pannos ſuperiores

in ſignum

in signum conuersionis & detestationis erroris, sic & alias similes pœnitentias imponere poterit inquisitor per quas is qui est purgandus taliter se corrigat ꝙ præteritæ contradictionis rebellio per uirtutem sequẽtis obedientiæ ualeat expiari, ut extra de noui. ope. nun. c. 2. in fin. & per quas delinquens puniatur in eo in quo deliquit, & per quas is qui fuerat infidelis ostendat se nunc esse fidelem, & per quas is qui ostendit se corruptum ostendat se nunc esse correctum, & per quarum obseruationem ejus infamia conuertatur in famam, & omne eius scandalum sopiatur, ita debent intelligi prædicta capitula superius allegata. c. ad abolendam. §. possunt & c. excommunicamus. §. adiicimus. & c. inter sollicitudines. uers. in pœnam &c. quæ dicunt ꝙ purgationes huiusmodi indicuntur ad arbitrium Episcopi uel inquisitoris, prout in eis patet. & accedat extra de pœn. c. manifesta. extra de immunitate ecclesiarum. c. fi. Ad ꝙ extra de iure patro. c. pastoralis. & de præbendis. pro illorum.

3 Ad unum tantum debet † aduertere inquisitor, quod quamuis eius arbitrio relinquatũ quòd imponat pœnitentialem pœnam, & dicatur quòd illa sit potius imponenda quæ magis timeatur. ut 23. quæstione 4. ea uindicta. & ea. causa & quæstio. 5. prodest. Ad quòd extra ut lite non contesta. quoniam frequenter. in fin. Tamen consideret personam, & secundum conditionem suæ personæ imponat pœnam seu pœnitentiam, & talem quam credat fore uerisimiliter implendam, non deferendam ab illo, ut. 50. distinctio. pœnitentes. Et accedat quòd not. extra de cohab. cle. capitu. clericos. Item ultra præmissas pœnas potest aliam pœnam pœnitentialem imponere nedum Episcopus sed etiam inquisitor, si modo purgandus sit clericus, quia potest eum suspendere ad tempus ab officio & beneficio. ut 22. distinctio. Nunc autem. in gloss. Sed uidetur. in fi. & fuit dictũ supra de hæreticis seu credẽtibus redeuntibus &c. Et not. d. Archidiaconus eo. tit. ut commissi. lib. 6. super uerbo concilio. Istæ sunt pœnitentiales seu purgatoriæ pœnæ de quibus multa iura faciunt mentionem.

4 Et scias † quod si purgandus deficit in purgatione, quia pœnitentias seu pœnas sibi iniunctas non adimplet, potest tanquàm hæreticus damnari, ut extra de hæreti. capitulo. excommunicamus. §. si quis uero ex iis, & extra de præsump. capitulo. literas. & de purgatione, capitulo primo. Et capitulo. inter sollicitudines. in fin. Sed quid si iste purgandus fuerit impeditus in adimplendo pœnitentiam iniunctam multitudine, temporis austeritate, uel aliquo iusto impedimento, dic quòd excusatur. ut de excusat. tuto. l. si cum ipse. & l. non solum. §. fina. si quis caut. l. 2. §. iij. Si uero potest sibi ali-

quid imputari, ut puta quia potuit preuenire impedimentum, tunc non excusatur. ut ff. si quis cau. l. ij. §. si quis autem. cum concor. Et semper intelligas quod eo casu quo fuit impeditus, nihilominus postea iniunctã sibi penitentiam adimplebit, quia illud præceptum continuit in se duo, uidelicet q̃ ageret penitentiam, & q̃ intra diem, unde licet dies sit transacta, tamen durat præceptum de pœnitentia adimplenda, ut. ff. de arb. l. Celsus. extra de .lo. & contu. cum duplici. si uero eas purgationes sibi iniunctas humiliter adimpleuerit, tũc ad tollendam omnem infamiam ortam contra eum poterit per inquisitorem publice in prædicationibus pronuntiari vir boni testimonij. ut extra de purga. ca. ex tuarum. 15. q. 5. Ad hoc. c. j. & ij. q. 5. & c. omnibus. Sed quid si in purgatione defecerit morte præuentus, de hoc dic ut infra in ca. quæ penæ in filios descendant, ubi de hoc plene dicetur.

CAPVT XXI.

An & quando inquisitor possit pœnas remittere uel eas mitigare seu mutare.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor non potest remittere, mitigare, uel mutare pœnam determinatam a iure, quæ non dependet ab eius arbitrio.*

2 *Inquisitor in pœnis aliter procedit contra laycos, & aliter contra clericos.*

1 Circa hunc articulum est dicendum† q̃ quando inquisitor penam imposuit damnando aliquem tanquàm hæreticum q̃ penam huiusmodi non poterit remittere uel mutare, quia illa est pæna a iure determinata, quæ non dependet ex arbitrio inquisitoris, & per talem damnationem dicitur sententiam diffinitiuam protulisse, & sic desinit esse iudex, unde amplius se non intromittet. ut extra de of. dele. c. in literis. & ff. de re. iudi. l. iudex. Et plene dictum fuit supra in capitulo an & quando inquisitor possit pænas pecuniarias imponere, in princ. Sed si non condemnauerat tanq̃ hæreticum, sed tanq̃ suspectum de hæresi, uel redeũtibus pœnitentiales pænas imposuerat, de quibus pænis pœnitentialibus supra proximo capitulo dictum fuit. Tunc illas poterit mitigare, & immutare, ut extra de hære. c. ut commissi. §.

fi.§.illorum.lib.6.Concor.etiam de uot.& uo.re.c.j.& lxxxij.di.placet in fi.nec mirum,quia istæ pœnæ sunt arbitrariæ ut supra proximo capitulo fuit dictum.Et per earum impositionem nō definit ipse esse iudex cum talis impositio pœnæ non sit diffinitiua sententia, sed potius iniunctio pœnitētiæ,& præceptum seu mandatum purgationis.ut patet extra eo.ti.placet.§.si quis.Et de purga.ca.inter sollicitudines.cum sim.

2 Et hanc † mutationem seu mitigationem pœnæ aut inquisitor uolet facere circa laycos,aut circa clericos, si circa laycos, poterit inquisitor, consilio petito licet non obtento consensu episcopi, cum istud sit de læuibus , nec consistat in condemnando , quia tunc secus esset, ut dictum fuit supra in capitulo de collationibus & consiliis &c. si uero circa clericos tunc requiret consilium, & expectabit consensum Episcopi in commutatione prædicta,ita uidentur intelligenda iura quæ de hoc loquuntur,extra eo.c.per hoc.& in compilatione Clemen.eo.tit.c.j.Ita not.d. Archid.in dicto capitulo ut commissi.super uerbo,consilio, quando autem quis habeat petere & sequi consilium alterius no.extra de elect.c. cum in ueteri.

CAPVT XXII.

De diuinatoribus,& incantatoribus,& similibus.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores de quibus non se intromittant,licet sint proximi hæreticis.*
2 *Diuinatores, sortilegi, incantatores,idolatræ,& magici qui sint, & unde dicantur,& eorum finis qui sit & nu.3.*
4 *Arioli Aruspices,Augures qui sint,& unde dicantur.*
5 *Diuinatoria ars a iure punitur,& ab ecclesia reprobatur.*
6 *Hæreticum est,credere quod aliquid sit diuinum præter Deum, uel quod aliquid fieri possit uel mutari ab alio quam a Deo.*
7 *Sortes quando sint licitæ uel non sint.*
8 *Salutem non licet sperare ab alio quam a Deo.*
9 *Astrologi,nigromantes, & similes tendunt ad unam sceleris nequitiam, & ueniunt pariter cohærcendi.*
10 *Inquisitores quando se intromittant contra magos & nigromantes.*
11 *Corpus mortuum alicuius miracula facientis non canonizati & non ascripti cathalago sanctorum an & quando liceat uel non liceat uenerari.*

12 *Diuinatores incantatores, & similes quibus pœnis puniantur. tam de iure canonico, quam in foro, seculari & nu. 13.*



1 QVia s est dictũ de hæreticis, & quibus pœnis ueniãt puniendi per Episcopum uel inquisitorem, nunc † merito est uidendum de quibusdam qui proximi sunt hæreticis, & tamen inquisitores non intromittunt se de ipsis indistincte, circa quod est sciendum quod quidam sunt diuinatores, quidam incantatores, quidam sortilegi, quidam idolatræ. Quidam magici seu mathematici, Et primò pro declarationem dicendorum uidendum est quis sit unusquisque istorum, ut per hoc notetur differentia inter eos. Secundo ad quem finem tendunt isti, & in quo est conuenientia inter ipsos. Tertio quis est iudex ad hæc talia punienda. Quarto quæ pœnæ ueniunt talibus infligendæ. Redeo igitur ad primum.

2 Diuinatores † dicuntur a diuinare. Quia diuinatores sunt qui simulãt se fore plenos diuinitate seu Deos, & ex quadam astutia fraudulenta ostendunt se scire futura. incantatores sunt illi qui suam artem uerbis peragunt, ut quia dicunt in suis uerbis fore supra naturalem quodammodo potestatem, ita patet de prædictis duobus 26. q. 4. c. j. Sortilegi sunt qui sub nomine fictæ religionis per quasdam quas uocant sortes suorum apostolorum diuinationis scientiam profitentur, aut quaruncunque scripturarum inspectione futura promittunt, ut 25. quæstio. 1. c. j. & eadem causa & q. 5. c. aliquanti. Idolatræ sunt illi qui adorant idola, uel ea uenerantur, seu eis faciunt holocausta siue sacrificia, vt 26. quæst. 2. illud. & 50. dis. plurimos, & 28. q. 1. idolatria, & C. de pagan. & sacrif. & temp. eorum. per totum. Magici siue Mathematici sunt illi qui non solum conantur uaticinari futura, & scire omnino occulta, sed per quandam magicam artem, puta faciendo imagines cereas, vel aliter conantur corpus alicuius torquere seu cruciare, & aliquam aliam personam in suam vel alterius turpiter flectere uoluntatem, vt. C. de malefic. & mathemat. l. eorum, & quasi per totum.

3 Et isti † omnes effectualiter ad hoc tendunt uidelicet ad diuinandum, & prædicendum futura, seu prorsus occulta, uel ad faciendum seu consequendum aliquid præter potestatem & permissum Dei, siue ab alio quàm à Deo, prout ex inferioribus clare patebit, ad quod uigesimasexta quæstione secunda. illud. Et denominantur prædicta uariis modis, prout sunt uariæ opiniones eorum,

4 Nam quidam † ex eis, vt sunt Arioli, adorant idola, & in eorum aris faciunt sacrificia ut consequanter quod optant, & recipiunt responsa

ſponſa Dæmonum . Quidam autem ut ſunt Aruſpices reſpiciunt ad dies & horas, vt ſciant quid per ſingula tempora ſit agendum. Quidam autem alij , vt ſunt Auſpices & Augures in ſuis agendis intendunt ad volatus vel voces animalium, vel etiam ex eis quæ hominibus impro uiſe occurrunt dicunt ſe præmeditare futura. De iis & aliis ſim. habetur C.de malefic.& mathemat.l nullus.& l.nemo. 26. quæſtione 4. igitur.

Et hæc † quidem omnia & iis ſimilia ſunt a iure vetita,& ab eccleſia improbata. Non enim licet alicui diuinare. vt C. de malefic. l. nullus. Nam hoc vltra poteſtatem hanc verè tranſcendit, cum ſit proprium ſo lius Dei, vt vigeſimaſexta quęſtione prima. capitulo primo. Et extra vt ecc. bene capitulo primo. Ad quod. ff. ſi certum petatur. l. Cum ad præſens. cum ſe. Item non licet collere vel adorare idola vel Dæmones ſeu aliqua elementa vel ſolem lunam aut ſtellas ſiue planetas, nec etiam arbores nec aliqua animalia vel corpora aliqua animata vel inani mata præter vnum Deum, in quem ſolum eſt credendum vt patet in ſymbolo fidei, credo in vnum Deum,& probatur vigeſimaſexta quæſtione quinta. Non licet. vigeſimaſecunda quæſtione prima. conſidera. Item non licet credere quod aliquis posſit ſuis magicis artibus aliquid facere ſine permiſſu & nutu Dei, cum omnia quæ fiunt aut ſuo iuſto iudicio fiunt, aut ſaltem ipſe ſuo permiſſu fieri ſinit,vt vigeſimaſexta quæſtione ſecunda.Quicunque.in medio.

6 Hæreticum † enim eſt credere quod aliquid ſit diuinum præter Deũ, vel quod aliquid fieri posſit vel mutari ab alio quàm a Deo,qui eſt creator omnium, vt patet in dicto ſymbolo, & in Ioanne. capitulo primo. & patet vigeſimaſexta quæſtione quinta.capitulo.Epiſcopi. & dicto capitulo.quicunque. Item non licet dæmones adorare vel ab eis reſponſa recipere,vt vigeſimaſexta quæſtione ſecunda. ij qui.& capitul. illos. Item non licet vti ſortibus indiſtincte, ſeu fieri ſortilegos.

7 Circa † hoc tamen talis eſt diſtinctio adhibēdā. Quia quãdoque ſortes ſunt licitæ,& quandoque illicitæ.licitæ ſunt quæ fiũt quodammodo ex cauſa neceſsitatis, puta cauſa dirimendi aliquas contentiones ſeu diſcordias, ut probatur in Mathia.Et probatur.xxj.di.cleros.Ad quod ueniat. ff.de iudic.ſi cum ab eo.familiæ hærciſcun.l.ſi quæ.& C.communia de legat.l.ſi cum duobus.in prin. Illicitę uero ſortes ſunt quæ fiunt per magicas incantationes,uel ad exercendas aliquas uanitates, ſeu ad præſciendum aliqua futura,uel ad inquirendum aliqua prorſus occulta. Hæc autē dicta de licitis & illicitis ſortibus probantur.26.q.2.c. j. & c.non exemplo.Et eadem cauſa.q.v.cap.aliquanti.Et ca.ſortes.23.q. 1.ſi per ſortiarios.

rios. Ad quod extra de sortil. per totum. Item non licet nobis in nostris agendis attendere uel inspicere cursum stellarum planetarum, Quia debemus omnia quæ agimus uerbo uel opere in nomine Domini nostri Iesu Christi facere. Et Deo gratias agere ut habetur in actibus Apostolorum. ca. 7. & ad collosenses. c. 2. Et patet. 26. q. v. non licet, &. q. 2. cap. illos.

8 Item † non licet sperare nostram salutem ab alio quam a Deo qui est omnium uera salus & uera sapientia, & qui ab alio suam salutem expectat non est fidelis sed infidelis, non est sanus sed est æger, Non est sapiens sed est demens, & decipitur a Dæmone, qui eum inducit & allicit ut faciat eum participem & consotem suæ perditionis. xxvj. q. 2. Qui sine. Ad quod 26. di. §. hunc etiam, & ex hoc concluditur ꝙ nigromantia proprie non potest dici scientia, & est penitus improbata ut patet in d. c. Qui sine, in fi. Sed quid de astrologia, Certe illa est una de septem sciẽtijs liberalibus nec prohibetur a iure, ut. ff. de iniur. l. item apud. §. si quis astrologis. Quod patet ibi, quia separatur ab illis diuinationibus, sed tantum inter canonicos abijt in disuetudinem, Ne propter nimiam assiduitatem traherentur ad ydolatriam, ut xxvj. quæst. 2. cap. sors. in fine.

9 Quia igitur prædicti † omnes tendunt ad unam nequitiam sceleris, ut supra est ostensum, & sunt omnes prorsus similes, & ueniunt pariter cohærcendi, ut 26. q. 5. per totum. Et maxime in c. si quis episcopus. Ad qđ concor. C. de malefic. & Math. l. Nullus, & l. Nemo, dicendum est quod unus sit iudex omnium prædictorum, & iste iudex erit episcopus loci ex sua ordinaria potestate, ut 25. q. 5. c. contra ydolorum, & c. episcopi, & c. peruenit, hæc enim sunt crimina ecclesiastica quæ sunt episcopis reseruata, ut no. in d. c. contra ydolorum. Ad quod facit extra de pœni. & remiss. cap. 2. Et probatur aperte in quadam extrauaganti Bonifacij papæ. Quæ incipit, inter cunctas.

10 Inquisitor autem † cui est solummodo commissa iurisdictio in causis hæresis non intromittet se de istis indistincte, sed tantum quando excessus talium saperet hæresim manifeste, ut puta quia tales dicunt se posse suis magicis artibus præscire futura, Quod quidem est proprium solius Dei, ut supra dictum est, uel quia uadunt ad aras ydolorum & dæmones colunt, & recipiunt ab eis responsa, uel quia adorant solem, lunam, uel stellas, planetas, uel aliqua elementa, seu etiam aliqua corpora terrena, dicentes & credentes se posse consequi ab alio quam a Deo, uel aliquid fieri præter nutum Dei, per quem omnia facta sunt & fiunt, & præter quem nihil potest esse diuinum ut supra est dictum, uel etiam quia dicant

cant & teneant aliqua alia tanquam uera & licita, Quæ tanquam uana falsa & illicita sunt ab ecclesia reprobata, Et hoc constat manifeste sine dubietate Inquisitori. Nam certe in ijs casibus cõtra tales inquisitor suã iurisdictionem poterit exercere, cum ista sapiant hæresim manifeste, ut probant iura præmissa, & ita debet intelligi extra de hære.c. Accusatus.§. sane.li.6. secularis uero potestas se intromittet de talibus circa corporalis pœnæ impositionem, prout infra dicetur.

11 Sed pone † ꝙ alij uenerantur & adorant aliquod corpus hominis uiuentis uel defuncti, dicentes ipsum esse sanctum & facere miracula, Quod tamen nondum erat canonizatum ab ecclesia, seu annexum cathalogo sanctorũ, Quid erit? Nunquid tales licite faciunt, & per quem poterunt prohiberi. Dic ꝙ si ipsi uenerantur & adorant credentes illud corpus posse aliquod præter Deum seu nutum Dei, quod sapiunt hæresim, & per inquisitorem poterunt cohærceri, ut supra in simili est ostensum, sed si id faciunt credentes ipsum habere ex suis meritis gloriam apud Deum, & ex hoc credant ꝙ possit suis precibus a Deo pro ipsis gratias impetrare, Isti tales non sunt hæretici, & contra eos non habebit se intromittere inquisitor. Quia uere per hoc ipsi non deprehenduntur errare in fide, licet possint deprehendi errare in sancto, & de hoc nihil ad inquisitorem, ut d.c. Accusatus.§. sane. immo fuit opinio Hostien. & Innocentii extra de reliquijs & ueneratione sanctorũ.c.j.in fi. Quod liceat unicuique in secreto orare defunctum quem reputat fuisse bonum & esse saluum, ꝙ pro eo fundat præces ad Deum, ut ibi patet in commentis ipsorum, sed tamen si isti publice. & palam uenerantur & adorant non canonizatum male faciunt, & debent ab huiusmodi ueneratione abstinere donec canonizetur & per ecclesiam approbetur. Et si non abstineant debent & possunt per suum episcopum penitus cohærceri ꝙ faciunt rẽ prohibitam publice fieri, ut xj. q.3. si quis hominem, extra de reliquijs & uener. sanctorum. ca.1. & 2. Nec excusarentur propterea ꝙ uidissent miracula de tali homine, quia illa quandoque fiunt Dæmonis potestate, qui conatur & quottidie satagit populum decipere, ut.26.q. 5.c. placet & c.fi. Et circa hanc materiam uide quod no. domi. Ioan. Andr. extra de reliquijs & uenere. sanctorum. cap.1. libr.6. in glo. Quæ incipit solus propter.

12 Restat mõ † uidere de ultimis. uidelicet de pœnis illorũ diuinatorum incantatorum & similium de quibus supra est dictum, & circa hoc uidetur dicendum, ꝙ ubi excessus talium sapit hæresim manifestam ꝙ ipsi tanquam hæretici puniuntur, & pœnæ hæreticorum sunt determinatæ a iure, ut supra patet de pœnis hæreticorum. At ubi eorum excessus non sa

peret

peret hæresim manifeste, tunc nihilominus eis est pęna multiplex infligẽda,& quædam pœna infligitur de iure canonico.& per iudicem ecclesiasticum,& quædam de iure ciuili, & per iudicem secularem, ut contingit in crimine hæreseos propter ꝙ uariæ pœnæ a diuersis iudicibus infliguntur,ut supra patuit de pœnis hęreticorum.

13 Pœnæ igitur † quæ talibus infliguntur de iure canonico sunt istæ, Nā primo talia faciens incurrit mortale peccatum,& ob hoc est sibi eucharistia deneganda.ut extra de sortil.c.j.& per totum,& de conse.di.2.ca. pro dilatione.Itẽ talia exercens & ad eum concurrens est infamis,ut d.c. pro dilatione.in fi.Ad quod.ff.de ijs qui not.infa. l.2.§.ait prætor,& 2. q.8.Quisquis.Quæ quidem intellige esse uera,si modo crimen tale sit notorium,alias non,ut de conse.di.2.c.Non prohibeat,& c.se.Accedat extra de offi.ordi.cap.2. Item cum talia exercente nullus debet conuersari sub pœna anathematis.Nec eum in sua domo recipere, ut 26.q.5.c. 1.& c.si quis Ariolos. Et hæc certe non est parua pœna, sed magna,conuersari inter homines & eorum carere suffragijs,ut.C.de aposta.l.ij qui sanctam.Item talia exercens potest ab uxore,fratribus,sororibus.& filiis dimitti.ut.28.q.1.non solum.& c. si infidelis. Item est admonendus ut talia deserat,& nisi desistat est excommunicandus,ut.26.q.1. non oportet. & c.Aliquanti,& c.sortes.& c. si quis clericus.Item poterit alia pœna arbitraria pro motu episcopi castigari,ut 26.q.1.peruenit,& c.contra ydolorum.& c.episcopi & c.si quis episcopus,& c.Quicunque.& c.Nec mirum.& quasi per totum. Pœnæ uero quæ talibus infliguntur per iudices sęculares secundum canonicas sanctiones sunt istæ,quia patiuntur ultimum supplicium,hoc est pœnam mortis.ut C.de malefi.& mathe.l.Nemo.et l.Nullus. et l.fi.Item confiscantur omnia sua bona,ut.C.de sacri. paga.l.1.Multa alia possent dici circa præmissa, sed pro nunc sufficiant supradicta.

CAPVT XXIII.

QVID de confesso hæresim, postea retractante,& contradicente.

SVMMARIVM.

1 *Confessus hæresim, & suam confessionem postea retractans non dicitur conuersus uere, sed ficte.*

Hæreticus

2 *Hæreticus est & ut hæreticus puniendus qui persistit in negatione, & deficit in pœnitentia & purgatione sibi iniuncta.*

IN superioribus dictum fuit quod is qui recognoscit & confitetur suũ errorẽ recipietur ad misericordiã si eam petat, & indicitur sibi purgatio. Sed pone aliquis post confessionem erroris, & post indictam sibi pœnam, dicit publice ꝙ non errauit, quod non excessit, & quod fuit confessus fuit confessus propter metum expensarum, uel propter metum maioris pœnę, & sic nunc negat
1 & retractat id quod prius fuerat confessus, Quid erit de isto? Dic † quòd per hanc suam retractationem & negationem supradictam non uidetur uere sed ficte fuisse conuersus, ut de pœn. di. 3. c. pœnitentia, cum. c. se. Et præsumit̃ ꝙ materia primi erroris fuerit per eũ recondita & calide paliata, ut de pœnitentia di. 2. ca. j. fac. ꝙ no. Archid. in simili extra eod. c. ut commisisi, super uerbo in carcerem. Impœnitens enim uidetur persistendo in tali retractatione, uidelicet ex quo suum crimen primarium modo confiteri recusat, ut de pœn. di. j. c. econtra. Et ca. sequenti in fin. Et sibi ipsi uidetur placuisse in errore primario, quẽ iusta remissio debet expiare. 24. q. 2. Quod ait. C. de iudic. Rem non nouam. §. patroni. Et sequentia declarant præcedentia, ut. C. de adul. l. si qui adulterij. 24. q. j. c. circa fine.
2 Imo uidetur † talis in hac negatione persistens defecisse in pœnitentia & purgatione sibi iniuncta. & ideo est tanquam hæreticus puniẽdus, ut extra de præsump. litteras. in fi. Et de purga. canonica. Inter solicitudines. in fi. Cum. n. sit demum ei misercordia indulgenda qui redit ex puro corde, ut extra. eo. c. ut officium. §. prouiso. li. 6. & peccati uenia non cõceditur nisi correcto. ut extra de regu. iur. peccati uenia. Et primaria confessio non debuit sibi profuisse, cum modo eam contemnat & detestetur. arg. extra de usuris. c. quia frustra, & C. de aposta. l. ij qui sanctam. Vnde si in prima sua confessione abiurasset, posset modo censeri fieri relapsus, & si in sua negatione persisteret, posset tanquam pertinax hæreticus condemnari.

CAPVT XXIIII.

QVOMODO, & quando sit super hoc crimine procedendum contra defunctum, uel hæredes ipsius.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inquiri an poßit contra mortuum in causa hæresis.*
2 *Crimen quando dicatur extinctum morte in causa hæresis.*
3 *Inquisitio de hæresi ad quem effectum formetur contra mortuum.*
4 *Hæretici cadauer sepultum in cimiterio an & quando poßit exhumari.*
5 *Inquisitio de hæresi infra quantum tempus contra defunctum poßit formari.*

PRiusquam ad alia procedatur, postquam uisum est quomodo de hoc crimine accusantur & damnantur uiuentes. Nunc me
1 rito est uidendum. † An super eo procedi posit contra mortuum,& uidetur quod non, quia crimina extinguntur morte quo ad temporales pœnas.ut 24.di.Quorundam,mortuis enim est igno scendum.non iniungendum.xxvj.q.7.c.j. Ad quod C. si reus uel accusator mortuus fuerit l.j.& ij.ff.de accus. ex indiciorum, cum sim. Sed dic contra, quia mortuus poterit accusari, & contra eum poterit inquiri et post mortem,nec obstant iura prędicta,quia speciale est in hoc crimine. ita patet 24.quæstio.2. sane.& quasi per totum. C. de hæreti. l. Manicheos.extra eo.si quis episcopus. & extra eo.c.filij.li.6.nec mirum,quo niam id est in crimine læsæ maiest.ut.C.ad.l.iul.maie.l. fin. unde multo fortius in isto,ut extra de hære.c.uergentis.

2 Quod tamen intellige † esse uerũ ubi dicitur defunctum fuisse hæreti cum uere,ita quod bona eius uenerint confiscanda, nã si solũ dicitur suspectus de hæresi,tunc eius crimen est extinctũ morte,ut extra eo. c. Accusatus.§.porro.Et dicas, quòd quãdo procedere uolet inquisitor super crimine defuncti,faciet citari eius hæredem ad defensionẽ,cũ eius hæredis intersit propter conseruandã famã & memoriã defuncti, & propter bona quæ sibi ueniunt aufferenda,itẽ ex alia causa interest hęredis,ubi ip se hæres erat filius defuncti in hoc enim interest tunc ipsius filij hęredis, quia ubi Pater damnatur de hæresi quædam pœnæ descendunt in filios, ut infra patebit,in c. Quæ pœnæ descendant &c. Item filijs quandoque auffceruntur bona defuncti, quandoque non,ut infra subijcitur, & latius in sequenti ti.dicetur. Item fit iniuria hæredi si defunctus exhumatur,ut. ff.de acquir.hæred.l.pro hærede.§.fin. Et ut C.de sepulcro uiolato.l.qui sepulcra.in prin.13.q.3. animæ. unde nimirum ex prædictis si citandus est hæres,cum sententia eum tangat.per l. ff. de re iudic. de unoquoque.

cum

cum infinitis sim. Ad quod extra de appell.c.per tuas,& de consti.c.eccle sia.in fine.

3 Sed quæro † in eo casu in quo procederetur contra mortuũ,ad quem effectum procedatur contra personam defunctam,& dic ꝙ multiplex erit effectus,primus, quia damnabitur eius memoria.ut præallegato. cap. si quis episcopus.in fi.Et d.l.Manicheos.& d.l.fi.supra proxime allegata. Et C.de epis.& cler. Quoniam uenerabilis.& etiam poterit excommunicari,quandocunque ipse sit mortuus.ut d.c.sane.xxiij.q.ij.Nam & quandoque in excommunicatione decedens absoluitur,ut extra de senten. ex com.A nobis.ij.licet talis excommunicatio foret superflua , cum ipso iure fuerit excommunicatus,ut fuit dictum supra in ca.de pœ. hæreticorũ. secundus effectus erit,bonorum adeptio.Nam propter bona proceditur super crimine post mortem,ut patet in iuribus supra in princip. allegatis.Et C.si pendente appellatione. l.quamuis,& not.in d. c.a nobis.2.in glo.puta in hæresi.& patet in constitutione quadam Federici imperatoris.Quæ incipit,inconsutilem, & extra eo,c.accusatus.§. in eo.& sic auferentur bona defuncti. Quod intellige esse uerum nisi ipsa bona essent pœnes filios illius , Qui filii essent fideles & catholici , & ea possedissent per quadraginta annos uel ultra , & ille defunctus de cuius crimine nunc quæritur reputabatur catholicus tempore quo decesſit . Nam iis & aliis (de quibus dicetur infra de proscriptione bonorum) concurrentibus isti filii erunt tuti præscriptione, quo ad bona defuncti, ut extra de præscri. c.fi. lib.6.

4 Erit † & tertius effectus, Quia si talis reperitur in cimiterio tumulatus.Inquisitor faciet ipsum exhumari.Nam sicut tradi non debuisset ecclesiasticæ sepulturæ si uiuens fuisset damnatus,ut extra de hæret.c.ij.lib. 6.Ita si post mortem reperitur talis cui communicari non potuerit in uita,exhumandus erit,ut extra de sepulturis.c.sacris.cum suis concor. Quod est uerum si modo eius ossa poterunt discerni ab ossibus fidelium. ut d. cap.sacris.Ad alium autem effectum non inquiritur super crimine mortui , cum aliæ pœnæ non possint ei infligi , ut patet supra in capitulo de pœn.hæret.

5 Sed quæro † infra quantum tempus post mortem poterit inquiri super crimine defuncti , Dicunt quidam ꝙ infra quinquennium tantum a tempore mortis,ut.C.de aposta.l.si quis defunctus.C.ne de statu defunct. per totum . Alii dicunt quòd usque ad uiginti annos. ut. C. de falsiis. l.quærela.Alii dicunt ꝙ in fauorem fidei & detestationem huius maximi criminis inquiri poterit sine temporis præfinitione , Cum nulla iura inueniantur quæ in hoc crimine præfiniant tempus, & nos debemus erube

scere

ſcere dum agimus ſine lege,ut.C.de colla. Illam.& extra ne ſede uacante ca.ij. prima tamen uidetur tutior. Forma autem ferendæ ſententiæ in defunctum ponetur infra in capitulo de forma ſententiæ.

CAPVT XXV.

DE confiſcatione bonorum,& quando & per quem fieri debet, & an poſsit ex gratia remitti, &an filij poſsint eam impedire,

SVMMARIVM.

1 *Bona quo caſu ueniant confiſcanda in crimine hæreſis.*
2 *Inquiſitor an & quo caſu poſsint facere gratiam hæretico ſuper bonis.*
3 *Filij hæretici an poſsint impedire confiſcationem bonorum.*
4 *Bona patris damnati de hæreſi quibus caſibus non aufferantur filiis.*
5 *Vxor hæretici an & quo caſu perdat dotem.*

1 CIrca bonorũ confiſcationẽ ſcire debemus, quod ſolummodo bona illorũ quos conſtat uere eſſe uel fuiſſe hæreticos † ueniunt confiſcanda, non autem illorum qui ſolũ forent de hæreſi ſuſpecti.ut extra de hæret.c.Accuſatus.§.porro. Nam ex quo tales recipiuntur ad miſericordiam, bona ſunt eis dimittenda, ut ſtatim dicetur.Et ipſa bonorum cõfiſcatio fit ipſo iure ſtatim cõmiſſo crimine,ut extra eo.c.cum ſecundnm leges.li.6.ſed tamen neceſſaria eſt ſententia ſuper crimine,& ſuper ipſa confiſcatione eſt neceſſaria quædã declaratoria iudicis.Quæ ſententia ſuper cõfiſcatione olim in terris eccleſiæ ferrebatur per iudicem eccleſiaſticum in aliis uero terris per principes ſeculares ut extra eo.c. uergentis.Sed hodie indiſtincte iſta declaratoria ſuper confiſcatione bonorum formatur ubique per iudicẽ eccleſiaſticum, qui iudicat de ipſo crimine. Et inſuper confiſcationis executio ſeu bonorũ occupatio fit etiam per iudicẽ eccleſiaſticũ.& ſic per epiſcopũ uel inq̃ſitorẽ, & iudex ſecularis nõ intromittet ſe niſi quatenus fuerit per illum requiſitus.ut extra de hæret.c.inquiſitionis. §. prohibemus. lib.6.& d.c.cum ſecundum.§ fi. & hæc plene fuerunt dicta ſupra de pœnis hæreticorum.& ibi uide.

Sed

Sed an inquisitor† possit facere gratiam super bonis. dic ꝙ si dãnat hæreticũ eo ꝙ non redit intra tẽpus gratiæ, quod non potest sibi facere gratiã, quia ista pœna ademptionis bonorum infligitur de iure dãnatis de hæresi,& ideo non potest per iudicẽ remitti, quia pœna determinata a iure non relinquitur arbitrio iudicantis,ut patet supra in capitulo. An & quando inquisitor possit pœnas pecuniarias imponere. Sed ubi inquisitus uel accusatus redit & recipitur ad misericordiam, tunc inquisitor potest,si uult,gratiam facere super bonis.ut extra de hæret.c. uergentis. immo hodie habet de necessitate inquisitor redeuntibus facere gratiam & dimittere bona,quia ex quo recipiuntur, bona non sunt eis aufferẽda, ut extra eo.c.accusatus.§.porro.Et ibi not.per Archid.qui allegat in aut. ut cum de app.cogno.§.generalem.uer.si uero,cum seq.

3 Sed pone†eo casu quo inquisitor non põt uel nõ uult grãm facere sup bonis,si ille de cuius bonis agit̃ habeat filios, an poteruut ipsi impedire ademptionẽ bonorũ,cũ ipsi sint Christiani & fideles, dicẽtes forte quòd ipsi remanerent absque hæreditate paterna sine sua culpa, & certe quicquid dicãt iura ciuilia in aliis criminibus.ff.de iure patro. de ui.de bonis damnatorũ.l.cũ Ratio.uel etiã in isto crimine hæreseos.ut.C.de hæreticis.l.Manicheos.&l.cognouimus. & auth. idẽ de Nestorianis. propter quæ iura fuerunt uariæ opiniones in hoc puncto inter canonistas ut patet in capitulo.uergentis.Et maxime super glo.hic expresse habes &c.Tamen tu dicas ꝙ filij non poterunt impedire confiscationẽ uel ademptionẽ bonorũ in toto uel in parte,Immo quantuncunque ipsi sint catholici bona paterna ab ipsis aufferentur propter patris delictũ ut dicto. c. uergentis.in fi.extra eo.c.cũ secundũ leges.lib.6.& habetur expresse in quadã constitutione Federici Imperatoris,quæ incipit,Gazaros. Et in aliã eiusdem,quæ incipit.commissi,& sunt approbatæ extra eo.c.ut inquisitionis.in prin.

4 Fallit autẽ hoc † ꝙ bona non aufferantur filiis etiã si pater dãnetur de hæresi,in duobus casibus, primus est quando ipsi filij sponte reuelassent delictũ patris.ut.C.ad.l.iul.maie.quisquis. Et habetur in dicta constitutione Federici,quæ incipit.Cõmisti.§.cæterũ.uers. nec quidẽ. Secundus est casus quando ipsi filij tanto tẽpore possedissent bona ꝙ ea præscripsissent,iis concurrentibus quæ habentur extra de præscrip.c.fi.lib.6.& fuit dictũ supra in proximo capitulo præcedenti, & scias ꝙ statim cum Episcopus & inquisitor uiderit ꝙ uerisimiliter bona ueniant publicãda faciet annotari ipsa & describi, & demũ coget scientes ad ipsa indicanda.ut C.de bonis proscrip.l.si quis inter.C.de iure deli.l.fi.§.licentia. Et C.de iis qui ad eccle.confu.l.præsenti.§.sicubi.cum sim.

5 Sed quid de uxore hæretici an perdet ipsa suā dotem, dic quòd nō, nisi ipsa cum hæretico scienter contraxisset, ut extra eo.c.decuit.lib.6.

CAPVT XXVI.

Quis dicatur fiscus quantum ad bona hæreticorum.

SVMMARIVM.

1 *Potestas secularis non se intromittit in bonis hæretici confiscatis, nisi fuerit requisitus a iudice ecclesiastico.*

2 *Fiscus in causa hæresis quis hodie sit quo ad bonorum confiscatorum applicationem.*



Quomodocunque in propria significatione intelligatur fiscus, prout in glo.C.de iure fisci.l.2. super Rubrica. non est hic curandum, quia hic aliter accipietur, 1 Et † secularis potestas se nō intromittet super bonis nisi quatenus per ecclesiasticum iudicem fuerit requisitus. ut extra eo.c.ut inquisitionis.§. prohibemus. & c. secundum.§.fi.lib 6. Dic ergo ꝙ unū olim cauebatur & aliud hodie obseruatur. olim enim per Innocen.& Clemen.iiij. fuerat cautum in quadam eorum constitutione quæ incipit statuimus.§.teneatur insuper. iuxta fi. constitutionis. ꝙ inquisitores deberent diuidere bona hæreticorum confiscata in tres partes, & unam partem darent ciuitati seu communi ciuitatis illius in qua hæreticus damnatur, aliam autem secundam partem darent potestati & officialibus secularibus qui faciebant executionem contra hæreticū & super bonis ipsius, Tertiam uero partem tenerent ad substentandum incumbentia suo officio inquisitionis, & ubi contrariū non ostenderetur istā constitutio deberet omninò seruari. ut extra eo. c. fi. in fi. lib. 6.

2 Hodie tamen dicunt inquisitores ꝙ ista consuetudo est per dissuetudinem abrogata, & dicunt ꝙ per apostolica rescripta fiscus in hoc casu aliter declaratur, nam dicunt ꝙ Romana ecclesia erit & est fiscus quantum ad ista bona, & quòd ipsa Romana Ecclesia uult quòd dimidia dictorum bonorum designetur suæ cameræ, & alia dimidia remaneat officio inquisitionis pro incumbentibus tollerandis, & ita de consuetudine obseruat.

CAPVT

CAPVT XXVII.

De reuocandis alienationibus & obligationibus factis per hæreticos

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum facta ab hæretico an retractetur post eius mortem si constat ipsum in uita fuisse hæreticum.*
2 *Confiscatio bonorum hæretici per quem iudicem fiat.*
3 *Pretium an sit restituendum emptoribus a quibus bona hæreticorum auocantur per confiscationem.*



Viuens & mortuus damnatur de hæresi & bona ipsorum confiscantur & auferuntur ipsis hæreticis damnatis uel eorum hæredibus ut supra latissime est ostensum, quod quidem in dubio intelligitur de bonis quæ per ipsos posfidentur.

1 Sed pone † aliquis stetit in hæresi & fuit hæreticus per decem annos puta, interim multas obligationes contraxit, multa bona alienauit, nūc autem ipse uiuens uel etiam post mortem damnatur de hæresi, & detegitur retro fuisse hæreticus per tantum tempus, nunquid illa alienata reuocabuntur, & an dicentur illæ alienationes non tenuisse super suis bonis, & quicquid dicatur per doctores circa damnatos ex aliis criminibus in l. post contractum. ff. de dona. tamen dicendum est circa hoc crimen, q̄d bonorum obligatio non tenuit, & alienata etiam possunt per inquisitorem seu fiscum a possessoribus reuocari, & ideo est, quia a die commissi criminis, seu a die quo incidit in hæresim bona eius fuerunt ipso iure confiscata. & delata in fiscum, & ex tunc fuit sibi interdicta a iure omnis administratio, & sic alienatio & obligatio. hoc enim dicitur in crimine læsæ maiestatis. ut. C. ad. l. iul. maie. l. quisquis. §. emancipatio. & §. donationes. & l. fi. Multo ergo fortius in hoc immanissimo cri̅c. ut extra eo. c. uergentis, & patet extra eo. c. cum secundum lib. 6. Quamuis incorporatio in fiscum demum fiat post sententiam inquisitoris per quam damnat illum de hæresi, & declarat bona confiscata fuisse ut. ff. de iure fisci. l. imperator noster, & ibi per Dyn. & plene fuit dictum supra de pœnis hæreticorum, & ibi uide.

2 Et ista incorporatio † seu executio confiscationis fiet per iudicem ecclesiasticum, hoc est per episcopum. uel per ipsum inquisitorem, uel per

iudicem laicum si de hoc per episcopum uel inquisitorem fuerit requisitus & non alias.ut dicto.c.cum secundum.§. fi. & extra eo. c. ut inquisitionis.§.prohibemus.lib.6.cum igitur ex die criminis cōmissi bona fuerint confiscata,& ei fuerit administratio a iure interdicta, non est mirū si facta per eum super dispositione bonorum post commissum crimen & interdictam administrationem non tenent & ueniunt retractanda ut dicta.l.post contractum .ubi de hoc per Dy. C. de donat. inter uirum & uxo.l.donationes.cum sim.de hoc no.Archid.in dicto.c.cum secundum. circa fin.

3 Sed de illo† dubitabatur, prædicta uendicabunt ne sibi locum indistincte in ijs quæ acquisierunt titulo emptionis, an prætium sit restituendum emptoribus a quibus bona ipsa reuocantur,idem dominus Arch.indistincte dicit quòd non.Sed benignius potest distingui secundū Dy. quia aut extat prætium seu aliquid loco prætij,aut est consumptum, si est cōsumptum non restituetur,& in hoc casu loquatur d. Archid.et opinio sua. si uero extat adhuc,tunc bonæ fidei emptori restituetur & non alij, ut. ff. de ijs quæ in fraude credi.l.si debitor.& l.se.& multis aliis iuribus posset hæc opinio probari,sed sufficiat remittere ad notata per Dy.in l.si debitor.superius allegata.

CAPVT XXVIII.

Quæ pœnæ descendant ex delicto parentum in filios, & in quos filios.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ex delicto patris an transeat in filios ex crimine hæresis.*

2 *Pœna ademptionis bonorum quo casu non habeat locum in filijs inquisitorum pro crimine hæresis.*

3 *Filij suspectorum de hæresi propter fautoriam, receptationem,& similia, an sint inhabiles ad obtinenda beneficia.*

4 *Pœnæ pœnitentiales quæ infliguntur hæreticis an & quando transeant in eorum filios.*

5 *Pœnæ personales hæretico iniunctæ an & quo casu in filios transeant.*

6 *Bona matris hæreticæ confiscata an auferantur ab eius filijs.*

7 *Pœna.l,quisquis.C.ad leg.iul.maiest.quo casu habeat locum in filios.*

8 *Nepotes hæretici nati ex filia an excusentur a pœnis inflictis eorum patruis*

truis circa confiscationem bonorum.

9 *Pœna confiscationis bonorum hæretici an habeat locum in filios legitimos tantum, uel extendatur etiam ad illegitimos, & quoscunque alios.*

10 *Filiatio quomodo probetur.*

1 REgulariter pœna † non transit in filios ex delicto patris. ut. ff. de pœnis. l. si pœna. & l. crimen. Sed in hoc crimine secus est, ut infra patebit, unde ad declarationem huius membri est ante omnia attendendum, quod quidam damnantur in uita uel post mortem de hæresi, & tanquàm hæretici. Quidam recipiuntur ad misericordiam impositis eis pœnitentialibus pœnis, Quidam uero sunt solummodo suspecti, & eis indicitur purgatio & pœna purgatoria. Quidam sunt alij qui nulla indicta purgatione decedunt in ipsa suspitione hæresis. Et quidem in filios illius qui damnatur de hæresi descendit triplex pœna, prima est ademptionis bonorum, qa omnino priuantur successione paterna, prout plene fuit dictum supra de confiscatione bonorum. Secunda, quia fiunt inhabiles ad succedendum ex testamẽto uel ab intestato quibuscunque aliis consanguineis uel extraneis. ut. C. ad. l. iul. maie. l. quisquis. post prin. Et 24. q. 2. Sane iniuncta cum. c. uergentis. extra eo. ti. Tertia pœna est quia fiunt inhabiles ad aliquod beneficium ecclesiasticum uel etiam publicum officium obtinendum. ut extra de hære. c. 2. §. hæretici. & c. statutũ ij. lib. 6. Aliæ autem pœnæ quæ imponuntur hæreticis non infliguntur filiis eorum, cum sit scriptum ꝙ iustitia iusti & iniquitas impij semper sit super eum, & alibi non portabit pater iniquitatem filij neque filius iniquitatem patris. ut. 24. q. 3. c. j. & per totum. & præmissæ pœnæ descendunt in filios, quia expresse inuenitur iure cautum ut in iuribus superius allegatis.

2 Filiis uero illorum † qui redeunt & recipiuntur ad misericordiam quãtuncunque fuerint hæretici, uel filiis illorum qui fuerunt suspecti, & decesserunt indicta eis purgatione, uel etiam non indicta, quia quantũ ad hoc omnes isti paribus passibus ambulant, non imponitur pœna ademptionis bonorum, quia & ipsis non essent auferenda, quod autem redeũtibus & reincorporatis ecclesiæ & illis qui solummodo sunt suspecti nõ auferantur bona patet extra de hære. c. Accusatus. §. porro. & se. & ibi no. per d. Arch. qui allegat tex. in auth. ut cum de appellatione cognosci tur. §. generalem. uersi. si uero. cum se. Et sic in filios talium non descẽdit prima pœna. l. ademptionis bonorum, item in ipsos filios redeuntiũ uel solummodo suspectorum non descendit secunda pęna uidelicet quod fiant inhabiles ad succedendum consanguineis uel extraneis, nam ex quo

non priuantur successione paterna propter uitium patris, multo minus debent priuari propter eius uitium aliorum successionibus, per argumẽtum de quo magis uidetur inesse & non inest nec & de quo minus. ut C. de sacro.san.ecclesiis.auth.multo magis.& c.uergentis.extra eo.& c.cũ secundum.extra eo.lib. 6. Tertia uero pœna. s. ꝙ filij hæreticorum sint inhabiles ad beneficium ecclesiasticum uel publicum officium obtinendum,nec modo habet locum in filijs hæreticorum qui redierunt ad ecclesiæ unitatem & fuerunt recepti & incorporati ecclesiæ,ut extra eo. c.statutum.ij.lib 6.§.hoc sane.

3 Sed in filiis† eorum qui fuerũt solummodo suspecti, puta propter fautoriam,defensionem,receptationem,uel similia,bene habet locum dicta pœna ut non possint ecclesiastica beneficia obtinere. Si modo isti parentes suspecti decesserunt tales, nam si rediissent ad misericordiam & fuissent recepti imposita eis pœnitentiali pœna, & completa pœnitentia decessissent,uel etiam pœnitentia non peracta,tunc ad filios hęc tertia pœna non transiret,ut d.c.statutum.§.fi.& extra eo.c.2.de hæretici.lib.6.

4 Viso igitur† de pœnis damnatoriis hæreticorum quæ transeunt ad filios & quando.Nunc subsequenter est uidendum de pœnis pœnitentialibus seu purgatoriis, quæ sunt plures,ut patet supra in capitul. de pœnitẽtialibus pœnis &c. quæ & quando transeant in filios defunctorum est uidendum,& dicas, quod aut illæ pœnitentiæ iniunctæ erant tales quæ possunt per alium explicari cum sumptu , aut sunt tales & ita uere personales ꝙ etiam cum sumptu non possent per alium explicari, in primo casu,puta si pœnitentiæ iniunctæ erant defunctis ut facerent ædificari eccclesiam uel hospitale,uel ut maritarent uirgines pauperes,uel vt soluerent pœnam pecuniariam,uel ut restituerent usuras, uel ut facerẽt aliqua alia bona pietatis opera sumptuosa, Tunc si is cui talia essent iniuncta ante ea impleta decedat, filij & hæredes ipsius habebunt ipsa de bonis temporalibus adimplere.

5 Et id dicunt †quidam in quibusdam personalibus quæ possunt per alium explicari,sicut est ieiunare,& orare, nam ieiunia cognatorum , & orationes sanctorum liberant seu soluunt animas defunctorum.ut 26.q. 7.Ab infirmis. & 13.q.3.Animæ,at ubi istæ pœnitentiæ essent mere personales ita ꝙ non possunt per alium explicari,ut est audire theologiam, audire singulis diebus missam , abiurare & detestari errorem , confiteri qualibet hebdomada , certe tales pœnitentiæ non transirent ad filios uel hæredes,immo seruantur purgatorio , nam mortuis est indulgendum nõ iniungendum. 26.q.7.c. j. & dicta pœna debet tenere suos authores . ut C.de pœnis.sancimus.Et extra de ijs quæ fiunt a maiori parte capituli.c.

Quasi-

Quæsiuit.nam in impositione talium pœnitentiarum non solum habitus fuit respectus ad salutem animæ, sed etiam ad affligendam personam & ideo a persona ipsa non est recedendum.C.de caduc.tollen.l.j.§.ne autem.Et secundum hanc distinctionem est intelligendum extra eo.ca. Accusatus.§.si uero.lib.6.Et ꝙ ibi per d.Arch.plene notatur.

6 Sed quæro† supra dictum est,quod quædam pœnæ transeunt ad filios propter delictum patris,dicas ꝙ prima pœna uidelicet ademptionis bonorum transit ad filios quo ad bona ipsius matris,puta si mater eius damnetur de hæresi,bona eius confiscabuntur & aufferētur filiis eorum,sicut & eis aufferentur propter delictum patris bona paterna, nam licet in iure pœnæ imponantur hæreticis,& dicatur ꝙ confiscantur bona hæreticorum in masculino genere non habita expressa mentione de fœminino sexu,tamē id erit in fœminino sicut & in masculino,ut paribus pœnis puniantur propter hæresim,& in se & in filiis quo ad ademptionem bonorū, quia in impositionibus harum pœnarum masculinum profertur a lege, & ideo comprehendet ipsum fæmininum.ut de pœn.dist.1. Si quis cum telo.& ff.de iurisdic.om.iudi.si quis id quod.Et nota.ff.de uerbo.sig.l.j. per glo.& per doctores.& in hoc casu intelligo glo.quæ est.C.ad.l.iul. maie.quisquis.quæ incipit.Et non ꝙ minus.ubi dicitur ꝙ eisdem pœnis puniuntur filij propter delictum matris sicut propter delictum patris, sed quo ad secundam pœnam per quam filij fiunt inhabiles ad succedendum quibuscunque personis,secus est dicendum,licet ipsa glo. indistincte uideatur uerificare in omnibus pœnis descendendis in filios ob delictum patris & matris. Sed male diceret late loquendo , ut intelligeremus qđ propter delictū matris filij fierent inhabiles ad succedendū aliis.

7 Nam primo† textus illius legis quisquis hoc non probat.cum tantum afficiat illa pœna filios laborantes morbo paterno, de iure nouo nulla habita mentione,& nos non debemus pœnam odiosam extendere.ut.ff. de lib.& posth.cum quidam.extra de regul.iur.odia.lib.6.maxime quòd utrobique non est idemptitas rationis, cum magis timeatur in filiis uitium paternum q̄ maternum,quia dicitur ꝙ sæpe solet filius similis esse patri.ff.de ædil.ędic.quod si nolit.§.mancipia.Ad quod extra de renunti. nisi cum pridem.§.personæ. Et alibi dicitur quod in solo statu personæ consideratur in filio conditio matris,in cæteris uero extra statum consideratur conditio patris.ut C.de rei uend.l.partum.& ff.de statu ho l.cū legitime.Ad quòd extra de conuers.coniug.a.c.fi.Et habetur expresse per casum,quia ubicunque filiis imponitur pœna pp delictum parentum sē per intelligitur de linea paterna non materna.ut extra de pœnis.ubicunque.lib.6.nisi expresse dicatur de linea materna ut ibi patet. Tertia uero

pęna per quam filij hæreticorum fiunt inhabiles ad obtinendum beneficium ecclesiasticum uel officium publicum afficiet bene filios, qa hoc ex presse cauetur in iure, extra eo.c.statutum.ij.lib.6. Sed in hoc erit differētia, qa ubi filij puniuntur ex delicto patris magis extenditur pæna uidelicet in primam & secundam generationem, & iis casibus quibus pæna trāsit in filios ex delicto patris pęna non transit ultra primum gradum filiorum. ut dicto.c.statutum.

8 An autem nepotes hæretici nati ex filia excusentur a pęnis cum attingant hæreticum in secundo gradu ex linea materna siue suæ matris, An uero includantur quo ad pænas cum sint in secundo gradu ex descendentibus hæretici, uide per dominum Io.An.in dicto.c.statutum. Sed circa præmissa quæro, supra fuit dictum ꝙ filij hæreticorum fiunt inhabiles ad succedendum propinquis uel extraneis, ad quem dicemus nos ergo debere peruenire successionem delatam istis filiis, & dicas ꝙ aut quęrimus de successione propinquorum, aut extraneorum, si de successione propinquorum, isti filij hæreticorum ab illa sunt penitus alieni, nam illā non apprehendunt nec tenent, & ideo habebunt alij uenientes ab intestato. ut.ff.de iis quæ pro non scriptis haben.l.iij.& ff.de pęnis.quædam, si uero de successione extraneorum, certe dicit textus in illa, l.quisquis.C.ad l.iul.maie.ꝙ filij talium successionem extraneorum non capiunt, & siç eam apprehendunt sed non tenent, & ideo hoc casu ab eis aufferreutur per fiscum tanq̄ ab indignis, ut.ff.de inoffi.te.l.Papinianus.§.meminisse.C.de iis quib. vt indignis.l.hæreditati.ad quod ueniat.ff.de uer.signi. l.aliud est capere.cum sim. Sed eo præsupposito quod propter delictum parentum quædam pęnæ transeunt in filios ut supra est clare probatū.

9 Quæro modo nunquid ista intelligantur in filiis legitimis tantum. an uero in omnibus, vt sic etiam ad illegitimos illæ pęnæ descendant; & certe quantum ad pęnas quæ ueniunt infligendæ filiis propter delictum matris non curo an ipsi filij sint ex matrimonio an non, cum quo ad matrē omnes pro legitimis habeantur nisi mater foret Illustris. vt. C. ad senatusconsl.orfic.l.si qua. Sed circa pęnas quæ descendunt ex delicto patris, est uidendum, & in hoc dicendum est quod vbi quæritur de pęna nō succedendi patri, ꝙ ista transit ad illegitimos, duplici ratione, prima quia bona illius patris deferuntur in fiscum ut supra fuit dictum, secūda quia huiusmodi filij illegitime nati non succedunt. vt in auth. qui mo.na.effi. sui. §.filium.coll. 7. & idem in alia pęna inhabilitatis ad ecclesiastica beneficia obtinenda, & si prius foret catholicus, tamen ille illegitime natus propter defectum suorum natalium est prorsus inhabilis, ut supra de fil.presb.c.fi.& extra de renunt.nisi cum pridem.§. personæ. In certis

uero

uero pęnis quæ descendunt in filios, quantumcunque in propria significatione appellatione filij intelligatur ille qui est natus ex legitimo matrimonio. vt. ff. de iis qui sunt sui uel ali. iur. l. filium. Tamen quo ad præmissa id intelligendum est de filiis illegitimis, alias enim resultaret absurdũ uidelicet ꝙ plus iuris & beneficij haberet luxuria quàm castitas quod esse non debet. ut in auth. de restitu. Et ea quæ parit in xi. mense. §. fin. colla. iiij.

10 Et si † quæratur quomodo ostendetur hunc fuisse filium hæretici cũ sit illegitimus, nec possit ostendi per matrimonium, dic ꝙ sufficiet ꝙ ille hæreticus uocabat hunc filium, & eum tenebat ut filium, pro ut no. extra de filijs præsby. cap. Michael. Et patet extra de probatio. capitul. per tuas.

CAPVT XXIX.

QVANDO & ad quem possit super hoc crimine appellari.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio an olim daretur, & nunc detur à sententia inquisitoris diffinitiua.*

2 *Appellatio an detur ab interlocutoria & a grauamine in causa hæresis.*

3 *Appellatio à processu Episcopi ad quem deuoluat in causa hæresis.*

1 OLIM a sententia † inquisitionis poterat appellari sicut a qualibet sententia cuiuscunque iudicis, Nam sic statutum fuerat regulariter, ꝙ quilibet grauatus posset appellare. ut C. de appell. l. & in maioribus. 2. q. 6. c. 2. & c. placuit, extra de appel. c. ut debitus, & per totum. extra de appell. c. cordi. li. 6. sed postea superuenit ius nouissimum per quod iste articulus declaratur, Nam diffinitiua sententia condemnatoria nõ potest damnatus appellare, Quia iam cõstat ipsum esse hæreticum, & hæreticus damnatus non habet beneficium appellandi, & in hoc casu est intelligenda constitutio Federici Imperatoris, Quæ incipit, commissi. §. omne insuper proclamationis, Ita intelligitur etiam extrauagans constitutio Innocentij papæ, quæ incipit. Nouerit

uerit uniuersitas.§.Item proclamationes. Ita etiam patet extra de hære. c.ut inquisitionis.lib.6.

Sed si pendente † processu quis indebite opprimatur, bene poterit a grauamine appellare, Quia ante sententiam nondum constat ipsum hæreticum esse, & esse talem ꝙ ei sit ademptum beneficium appellandi, Quod quidem beneficium demum admittitur hæreticis, & sic communi iure ut quilibet alius a grauamine appellabit, per iura supra in principali. Ita enim d. Archi.in d.c.ut Inquisitionis.circa fi. Sed eo casu quo appellabitur ab inquisitoris processu ad quem appellabitur, dic quòd ad Papam qui ipsum dicitur delegasse, sicut dicitur in alijs appellationibus q̃ fiunt a iudicibus delegatis.ut ff.de appell.l.Imperatores.in prin.& quis & a quo appelletur.l.j.C.de appellat.l.præcipimus.§. hinc. & extra de offi. deleg.c.super quæstionum.§.porro.extra de appell. ca. dilecti filij prior. Nec dicat aliquis quod inquisitor uideatur datus uel delegatus a suo magistro ordinis uel priore prouintiali aut a suo Ministro generali uel prouintiali ut per hoc uideatur ad aliquem ipsorum tanquam ad delegantē appellari, Quia ille Magister ordinis uel prior prouintialis quo ad prædicatores, seu generalis uel prouintialis minister quo ad minores non dat neque delegat iurisdictionem, cum in se nō habeat, sed solum habet a Papa ministerium eligendi seu nominandi inquisitorem, & per hoc uidetur datus a Papa.non ab eo,ut.ff.quod cuiusque uniuer.no.l.Item eorum.§.si decuriones.Ad quod.ff.de offi.eius cui.man.est iurisdict.l.& si prætor.cum sim. & probatur extra de hæreti.c.per hóc.lib.6.

3 Si uero appelletur a processu † episcopi, & quæras ad quem sit appellandū, dic ꝙ aut ille contra quem procedit episcopus erat exceptus, aut sic cognoscebat contra eum ex iurisdictione ordinaria, prout fuit dictū supra in cap.per quos possit procedi &c. In primo casu appellandum est ad Papā qui dicitur delegans, sicut de inquisitore est dictum. In secundo uero casu quando scilicet cognoscit ex ordinaria iurisdictione, tunc potest appellari ad proximum superiorem, puta ad metropolitanum, uel etiam ommissis medijs ad ipsum Papam, sicut in alijs casibus, ut extra de appellatio. capit. si duobus &c. & capitu. dilecti filij prior. Et 2. quæstio. vj. Quotiens, & cap.ad Romanam. licet de iure ciuili secus esset, ut. C. de appellation. lege præcipimus. & ff. eod. lege Imperatores.

CAPVT

CAPVT XXX.

AN inquiſitor poſsit cauſas hæreſis delegare & conſtituere ſibi Vicarios generales.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores ſunt delegati Papæ.*
2 *Inquiſitores quomodo & quæ poßint ſubdelegare.*



1 Idetur quod inquiſitores poſsint delegare cauſas pro ſuo motu, & conſtituere ſibi generales uicarios, Quia † certum eſt ꝙ ipſi ſunt delegati Papæ, ut ſupra proxime eſt probatum, per c. per hoc. extra eo. lib. 6. ſed delegatus Papæ ſeu Principis poteſt delegare. ut. C. de iudic. l. A iudice. extra de offi. deleg. Cum ſuper q̄ſtionum. cum ſim. ergo non remanet dubitatio circa iſtud, & ita generaliter uidetur intelligere dominus Ioannes Andreæ eo. ca. ut commiſsi. in prin. li. 6. Et in compil. Clemētis. c. 2. in prin. in d. ti. in gl. Quod eſt infra.

2 Sed alij aliter † dicunt uidelicet. quod poteſtas ſubdelegandi inquiſitoribus arctius ſit reſtricta, uidelicet. quod poſsint ſubdelegare & committere receptiones denominationum, formationes inquiſitionum, citationes perſonarum, & examinationes teſtium, &c. præparatoria ſeu media litis. Non autem ſententias. Et hoc per quandam extrauagantem conſtitutionem Clementis Papæ. Quæ incipit, licet ex omnibus. §. ut ergo commiſsi. Quæ fuit per Vrbanum primum approbata, & ita ut plurimum ab inquiſitoribus de conſuetudine in multis partibus obſeruatur, licet prima opinio ualida ſit de iure redacto in compilatione librorum.

CAPVT XXXI.

DE impedientibus officium inquiſitionis, & de eorum pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores poßunt ſe intromittere contra impedientes eorum officium.*

Impe-

2 *Impedientes officium inquisitionis incidunt in suspitionem hæresis, seu fautoria, & excommunicationem incurrunt.*

3 *Iudex potest punire excessus commissos circa eius officium.*

4 *Statuta impedientia officium inquisitionis non ualent.*

5 *Pœna contra impedientes officiũ inquisitionis est arbitraria inquisitorũ.*

1 LIcet inquisitorum † potestas & iurisdictio sit delegata ad causas solummodo hæresis, seu quæ pertinent ad fidem, ut extra de hæreticis.c. ꝑ hoc.& c. Accusatus.§.de quæstionibus.& per hoc non uideatur posse suam iurisdictionem extendere ad alia non commissa, iuxta illud, sibi non commissa iudex non attentet. ut 25.q.2.amputato.Et C.si à non competente iudice.l.1.& per totum. Tamen si aliquis impedierit uerbis uel factis inquisitorem circa executionem sui officii, ipse inquisitor poterit contra talem impedientem procedere, & eum punire, & hoc probatur etiam multis modis.

2 Et primo, quia † tales impedientes officium incidunt in suspitionem hæresis seu fautoriæ, & excommunicationem incurrunt, vt extra de hær. c.ut inquisitionis.§.fi.& c.ut officium.§.denique.li.6. Et dictum fuit supra de fautoribus. Cum ergo inquisitores habent suam iurisdictionem contra hæreticos & contra suspectos de hæresi, non est mirum si contra impedientes suam iurisdictionem extendunt. Secundo, quia si non possent punire impedientes, iam non possent suum officium explicare, Vnde ut possint liberius explicare, recte poterunt punire impedientes, quasi eis ex hoc uideatur esse commissum. Nam quotiens aliquid alicui demandatur, & omne id sine quo illud nequeat expediri demãdatũ dicitur. ut.ff.de iurisd.om.iudi.l.ii. Et est casus extra de offi.deleg. c.1.& c.præterea.& c.pastoralis. Tertio, quia ex quo mandata est inquisitori iurisdictio, uidetur etiam ei mandata cohærctio.ut.ff.de off.eius cui man.est iurisdictio.l.fi. Immo recte faciunt si impedientes puniunt, quia tenentur defendere suam iurisdictionem pœnali in iudicio.ut.ff.de off.præsi. l.obseruandum.

3 Quarta est, quia iudex † potest punire excessus commissos circa eius officiũ, Et ideo nimirũ si inquisitores punient delinquentes circa eorum officium impediendo ipsos inquisitores siue officium ipsorũ, vt.C.de testi.l.nullũ.& ff. de pœnis.l.moris. Et extra de off.dele.c.præterea. Quod autem ipsi inquisitores hoc possint, habetur textus expræssus extra eod. c.ut officium.§. denique. Et in quadam extrauaganti constitutione Clementis quarti quæ incipit, licet ex oĩbus.§. cæterum. Ex qua fuit sumptus dictus.§.denique. Quæ quãuis non sit in libris, tamen ex quo est iuri con-

ri consona in fauorem fidei,& in sustentationem officii,erit seruanda.ut extra eo.c.fi.in fi.lib.6.

5 Nam & † propter dictum fauorem cassantur & remouentur omnia statuta ciuitatum per quæ posset dictum officium impediri,& puniuntur condentes,ut extra eod. c. statutum ciuitatis.lib.6.Et admonentur omnes rectores & potestates,q̃ circa executionē dicti officij,quãdo fuerint requisiti debeant inquisitoribus præstare consilium,auxilium,& fauorē, ut extra eo.ca.excommunicamus.§.moneatur.& extra eo.c.ut officium. §.statuimus.lib.6.

6 Pœna † uero quam inquisitores imponent impedientibus,erit arbitraria pro motu eorum, cõsideratis personis & qualitate facti,prout dictat lex aut facta.ff.de pœnis.quæ est canonizata de pœnit.dist.2.c.fi. Et hoc ideo,quia non inuenitur determinata a iure , & sic relinquitur eorum arbitrio.ut.ff.de effract.l.j.§.explicatores.Et quod not.extra de off.deleg. ca.de causis. & dictum fuit supra, An & quando inquisitor posit pœnas pecuniarias imponere. in princ.

CAPVT XXXII.

De ijs qui iniuriantur inquisitoribus.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor an poßit punire inferentem iniuriam sibi uerbis uel factis.*
2 *Crimen commissum in inquisitorem uidetur tangere ecclesiam.*
3 *Iniurians inquisitori grauius punitur quam iniurians alteri priuatæ personæ.*

SI aliquis iniuriatur inquisitori uerbis uel factis,fuit sæpius di-
1 sputatum, An ipse † idem inquisitor posit procedere contra illum,& eum punire , si potius uelit illum punire quàm petere a competente iudicio & ordinario illius quod eum puniat, & dixerunt quidam quod non poterit , & hoc duplici ratione,prima,q̃a in hoc excederet finem mandati, & procederet super ijs quæ non tangũt hæresim , & sic super non commisis, ut supra.ca.proximo. fuit dictum, secunda,quia inquisitor est delegatus,ut extra eod.c.per hoc.libr.6. Et ubi sit iniuria iudici delegato, iudex ipse delegatus nõ punit sed delegãs, ut extra de pœnis.c.dilectus.Et ibi de hoc plene no. per Inno.

Sed

2 Sed in † fauorem fidei & officij dicerem quod ijs non obstantibus ipse idem inquisitor potest procedere contra iniuriantem, Quia hoc crimen commissum in inquisitorem uidetur tangere ecclesiam, ut. 2. q.7. si quis ab episcopo. Ad quod extra de uerb. sig. c. ex parte. Et insuper, quia iniuria sibi illata, maxime dum est in actu explicandi officium, non uidetur sibi facta prætextu suæ priuatæ personæ, sed prætextu & in contemptum seu impedimentum officij. ut extra de foro compet. ca. 2. de senten. excom. Cum consideres. c. fi. de malefic. ca. j. Et ibi uide. & facit extra de pœn. romana. lib. 6. Vnde nimirum si ipse idem cognoscet & puniet de prædictis, & pœna erit arbitraria, prout supra proximo. cap. in fine fuit dictum.

3 Hoc tamen † scias quod talis iniurians grauius puniretur quàm si alteri priuatę personæ iniuriam intulisset, ut. ff. de iniurijs. l. iudici. & ff. de pęnis. l. aut facta. j. cum simil.

CAPVT XXXIII.

AN hæreticus possit præcise compelli ut ad fidem redeat.

SVMMARIVM.

1 *Baptizatus & fidei catholicæ alligatus compellendus est ipsam seruare & collere.*

2 *Seueritate disciplinæ compellendi sunt illi quos Dei timor non reuocat.*

3 *Inquisitor uel Episcopus an se debeant amplius ingerere in reducendo hæreticum post sententiam condemnatoriam contra ipsum.*



IN superioribus dictum fuit quomodo episcopus & inquisitor possunt damnare nolētem ad fidem orthodoxam redire, & quomodo & quando possunt etiam recipere redeuntem, Sed de isto quæritur, aliquis incidit in hæresim, & monitus p episcopum uel inquisitorem non desecit errorem, nec redit, unde episcopus uel inquisitor non uult libenter damnare, quia potius uult uitam q̃ mortem, & ob hoc uisus est eum instruere cum monitorijs uerbis ex diuina scriptura, & eum reducere blanditijs & rectis consilijs, prout tenetur facere. 1. q. 7. c. conuenientibus. Et quia hoc non possunt, uellent eum cogere,

gere, & præcise compellere omnibus remediis ut ad fidem catholicam rediret, & suum detestaretur errorem. Quæritur nunquid possit.

1 Et expræsse dicas † quod sic, antequam damnetur, Quia ex quo talis fuit baptizatus & fidei alligatus catholicæ, compellendus est ipsam obseruare & colere, ut extra de baptismo. c. maiores. §. sunt autem. uers. op ponitur. & hoc ad exemplum frenetici, qui ligatur per medicum, & lætar gici quem Medicus excitat torquendo. ut. 5. q. 5. Non omnis. & etiam ad exemplum filii deuii qui reducitur per patrem, & ad exemplum discipu li qui reducitur per magistrū, & ad hoc tenetur ex debito sui officii Epi copus & inquisitor, ad exemplum Pastoris qui suas oues custodit, & de uias recolligit & reducit. 26. q 6. c. 1. Quod quidem facient carcerando, ligando, torquendo corpus, ut 23. q. 5. ad fidem, ut sic ipse inuitus, timen do id quod non uult pati, relinquat animositatem, & compellatur igno rantiam suam agnoscere & fidei ueritatem, & timens respuat falsum de quo contendebat, & sequitur uerum quod primitus nesciebat. Ita pro batur. xxiij. q. vj. cap. quod errauerat, cum sequenti, usque in fin.

2 Et sic † quos Dei timor non reuocat saltem compescat seueritas disci plinæ. ut. C. de emenda. propinquorum. l. j. & extra de elec. c. cum in cun ctis. §. clerici sane. de uita & hon. clerico. c. ut clerici. Ita no. & plene do minus Archi. extra de hæret. c. ii. post prin. lib. 6. & ibi uide. Nec enim ip si hæretici possunt dolere uel conquæri nisi de se ipsis, quia ob suam per fidiam talia patiuntur. ut 23. q. 4 displicet. & c. Quando uult Deus. Et ad hoc facit ꝙ dicitur quod studium Prælatorum debet esse ut Christi inimicos districta ultione corrigant & castigent, ut. 26. q. 5. peruenit. & cap. contra ydolorum. concor. extra de offic. ordi. c. irrefragabili. cum simil.

3 Postquam uero † prædicti episcopus uel inquisitor damnassent hære ticum, non instaret amplius ad ipsum reducendum, quia iam est relictus iudicio seculari, Et ecclesia non habet amplius quid faciat circa eum, extra de iudic. Cum non ab homine. in fin. Et ex quo eiectus est extra gremium ecclesiæ non intromittet se ecclesia amplius de eo, quia nihil ad ecclesiam de ijs qui foris sunt. ut extra de diuor. ca. gaudemus, & de hoc no. extra de hæret. ad abolendam. §. præsenti. in gloss. sed uidetur. & facit extra eo. c. super eo. li. 6. Et quod fuit dictum supra in ca. de hæret. seu credentibus redeuntibus.

CAPVT

CAPVT XXXIIII.

DE occulto hæretico qui in foro pœnitentiæ suum detestatur errorem,& á suo absoluitur sacerdote.

SVMMARIVM.

1 *Clementia diuina non patitur quod crimina semel dimissa ueniant in suam amplius ultionem.*

2 *Hæreticus restitutus, ad pœnitentiam per confessorem quas pœnas euitet, & quas non.*

3 *Criminoso duplex debetur pœna, spiritualis,& temporalis à duobus iudicibus irrogatur.*

4 *Pene quæ debeantur in foro exteriori illi qui hæresim sacerdoti confessus est.*

5 *Criminis dispensatio ei permittitur qui de eo habet cognitionem.*



ALiquis occulte incidit in errorem seu hæresim, deinde dum assumeret pœnitentiã a proprio sacerdote contulit secum de ista sua uarietate credendi, & sacerdos ille dixit eidem quod ipse erat hæreticus tenendo & sequendo illum errorem, & reduxit eum ad tramitem ueritatis, & fecit quod ipse fuit pure confessus & detestatus illum errorem coram ipso confessore, & confessor ipse iniunxit sibi pœnitentiam & absoluit eum. Postea procedente tempore iste fuit delatus inquisitori uel Episcopo de errore, siue tanquàm hæreticus, & dum proceditur contra eum, iste dicit quod de hoc crimine & errore fuit pure confessus & etiam absolutus a proprio sacerdote, modo quæritur quid iuris, & certe quantuncunque posset dici quod iste foret liberatus a pœna gehennæ si in hoc decederet, quia a Deo esset sibi huius peccati uenia tribuenda, cum fuerit emendatus & correctus tam per contritionem cordis q̃ per confessionem oris, & etiam per satisfactionem pœnitentiæ sibi iniunctæ, quæ pœnitentia est perfecta. ut de pœni. di.3. perfecta.

1 Et etiam, quia diuina†clementia non patitur quod crimina semel dimissa ueniant in suam amplius ultionem, vt de pœn. di.4. diuina, Tamen non erit immunis a temporalibus pœnis, & sic poterit accusari & puniri, Nam licet quis per pœnitentiam restituatur gratiæ, non tamen digni

tati seu pristinæ potestati.ut de pœn.dist.6.c.j.Et 15.q.5.c. præsbiter. Ex hoc enim crimine hæresis imminet duplex poena,una.s. spiritualis & æterna,uidelicet gehennæ,& alia temporalis,sicut immineret ex aliis criminibus quæ per iura puniuntur,ut puta ex crimine homicidij,adulterij falsi,& furti,& similibus.

2 Vnde † quamuis istæ pure confessus esset restitutus per pœnitentiam gratiæ,ita quod non immineret æternalis pęna gehennæ,non tamen esset restitutus quo ad pęnas alias tẽporales.sicut patet in eo qui commisit furtum, nam propter pęnitentiam non remittitur sibi pęna. ut ff. de furt.l.Qui ea mente.simile in raptore.ut.ff.ui.bo.rapt.l.non prodest. Et patet in fornicatione carnali,de qua etiam post pęnitentiam potest mulier accusari.ut.33.q.2.Admonere. Vnde in hac fornicatione spirituali idem est.Et ad hoc facit quod not.Dy.in simil.extra de regulis iuris.ca. peccati uenia.lib.6.

3 Immo† plus dicimus,quia sicut pro criminibus immineret duplex pęna,una spiritualis,& alia temporalis, ita & duplex erit iudex, unus qui imponet pęnam temporalem,ut est iudex loci in quo delictum committitur, seu etiam iudex ordinarius delinquentis, ut dictum fuit supra per quos possit procedi.Alter uero est qui imponet pęnitentiam,ut per eam liberetur a pęna æternali & spirituali, & iste erit proprius sacerdos delinquentis,cum alius non posset hunc absolucre a peccato nisi super hoc haberet priuilegium,uel saltem uoluntatem proprij sacerdotis, ut extra de paroch.c.nullus.& de pœnit.& remis.c.omnis.uer.si quis.& facit optime quod no.16.q.1.capitu.primo.in glo.uniuersaliter.Et ibi uide.

4 Et sic concluditur † quod iste sustinebit alias pœnas tali pœnitentia non obstante.Et pœnæ quæ imponentur isti erunt pœnæ pœnitentiales & purgatoriæ, de quibus dictum fuit supra in c. de pœnitentialibus pœnis.Quæ pœnæ infliguntur redeuntibus,ut ibi dixi.& insuper ab excommunicatione, qua fuit ligatus statim cum incidit in errorem, prout fuit dictum supra in capitulo de pœnis hæreticorum circa principium. Nec poterit dici quod quantum ad hoc sibi prosit absolutio sacerdotis, quia non est iudex huius criminis,cum potestas cognoscendi puniendi & absoluendi de hoc crimine sit solummodo episcopis & inquisitoribus attributa,ut dixi supra in c.per quos & contra quos sit de hoc crimine procedendum.& ideo confessio habita coram sacerdote, uel absolutio ab eo facta non impediet processum sui iudicis competentis. ut extra de iudi. per totum.

5 Nec enim poterit dici † quod per sacerdotem fuit cum ipso dispensatum,& fuerit sibi pœnitentia imposita & peracta. Quia dispensatio cri

minis ei demum permittitur qui de eo potest cognoscere, ut extra qui fi. sint legi. c. lator. Ad quod ueniat. 50. disti. domino sancto. Et quod ibi no. Et hæc dispensandi, & corrigendi; ac redeuntes recipiendi potestas olim fuerat solis Episcopis attributa ut. 50. distin. plures. licet hoc hodie sit Episcopis & inquisitoribus pariter concessum. ut supra est dictum, & per hoc quod istis conceditur cæteris omnibus denegata intelligitur. 25. di. quanto. & extra de præsump. nonne. ff. de iudi. cum prætor. & ideo merito exigetur quod per illum uel illos dispensetur. qui uelit & possit cum illo dispensare. ut extra de præsump. c. ex tua. & extra de scismat. c. fraternitatis. & quod ibi not. Et hoc uidi de facto, & ita fuit determinatum.

CAPVT XXXV.

De existente publice in mortali peccato, uidelicet usurarum uel simili.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor non potest se intromittere in criminibus in quibus non sit saltem suspitio hæresis.*

2 *Inquisitor potest procedere contra existentes publice in peccato mortali, quia suspectos se reddunt de hæresi, ut in exemplis ibi.*

1 PRopterea quod† quis publice fæneratur, adulteratur, & blasphemat, & similia committit, non potest nec debet inquisitor procedere contra eum, nisi orta esset suspitio hæresis contra ipsum, ita probatur extra de hæreticis. c. Accusatus. §. de quæstionibus. & est ratio quod inquisitoribus sunt solummodo commissa ea quæ tangunt hæresim uel fidem, unde ad alia non commissa nō possunt extendere manum suam, cum iura dicant quod iudex non commissa non attentet ut 25. q. 2. Amputator. Et ueniant quæ dicta sunt supra proximo capitulo. Et hinc est quod se de incantatricibus non intromittunt, ut in eodem. c. Accusatus. §. sane. nisi talia possent ad hæresim trahi, ut ibi patet, & fuit dictum supra in capitulo. de diuinatoribus.

2 At ubi† tales existētes publice in peccato mortali reddūt se suspectos de hæresi, tūc procedi poterit contra eos, ut uerbi gratia, aliquis publicus usurarius, uel publicus fornicarius, seu blasphemator, dicit illud non esse peccatum uel nihil, sed ipse consortium fidelium fugit, nunquàm assumit pœnitentiam,

tiam, nunquam uadit ad audiendum diuina officia, nunq̃ ecclesiastica recipit sacramenta, uel aliqua mandata ecclesiæ non obseruat, non ieiunat, non abstinet se ab esu carnium prout præcipit ecclesia, uel iis similia negligit siue facit, certe ex iis indiciis oritur hæresis suspitio contra talem. Et ex hoc poterit inquisitor procedere contra eum, ut extra de hæreticis. c. excommunicamus. §. Adiicimus. de purg. ca. in fi. Et facit quod fuit dictum supra cap. de credentibus. uers. & signanter. Et in capitulo. ex quibus indiciis.

CAPVT XXXVI.

An & ex qua causa possit inquisitor procedere contra iudæos

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores an possint se intromittere contra iudæos.*
2 *Iudæi quo casu subiaceant iudicio inquisitionis.*
3 *Iudæi ratione delicti efficiuntur de foro ecclesiæ & subiacent officio inquisitorum.*
4 *Iudæi delinquentes circa officium inquisitionis quibus pœnis puniantur.*
5 *Dictum illud, nihil ad nos de ijs qui foris sunt, quomodo intelligatur.*



1 DE illo sæpius dubitatur, an inquisitor possit procedere contra iudæos, & eos punire, & ex qua causa, & dixerũt † quidam indistincte φ inquisitores se non intromittent de iudæis, quia nihil ad eos de iis qui foris sunt ut 45. dist. qui sincera. & c. de iudæis. 11. q. 3. inter uerba. & 2. q. 1. multi. extra de diuor. c. gaudemus. Sed circa hoc aliter est dicendum, eo tamen præsupposito pro constanti, φ iudæi inuiti non sunt cogendi uenire ad fidem catholicam, nec ad suscipiendum baptismum, nec sunt etiam reuocandi a suis bonis consuetudinibus. ut extra de iudæis. c. sicut. & c. consuluit. nisi blandiciis & rectis cõsiliis, ut 45. di. qui sincera. & c. licet. & c. de iudæis. ad φ 28. q. 5. Ad fidẽ. & de hoc redditur in canone ratio. Quia sicut homo ex libero arbitrio periit, ita ex libero arbitrio debet conuerti, ut patet in dicto. c. de iudæis.

2 Hoc autẽ nĩ † retento indubie dicas, φ aut iudæus deliquit circa contẽptum fidei orthodoxæ, uel impedimentum officij inquisitionis, aut deliquit circa fidem eorum, aut aliter deliquit penitus extra ista, primo casu

quando deliquit circa fidem nostram, scilicet condemnando & uilipendendo eam, aut etiam committendo aliquid in contumeliam saluatoris & contemptum ipsius, puta uituperando ecclesias, uel altaria, seu etiam sacra ornamenta ecclesiæ uel similia, item etiam cum impedit inquisitionem circa explicationem sui officij, certe inquisitor poterit cõtra ipsum iudæum procedere & ipsum punire, quia ipsi inquisitori est commissa defensio fidei Christianæ. ut ex de hæret. c. accusatus. §. sane. & c. ut officiũ, in prin. & §. denique. & c. ut inquisitionis. lib. 6. Immo si scit aliquem peccare circa fidem & non corrigit, per suam negligẽtiam incidit in suspitionem hæresis seu fautoriæ, ut plene dictum fuit supra in c. de fautore.

3 Nec est mirum† si iis casibus inquisitor habet iurisdictionem in tales, quia ratione sui delicti effecti sunt de foro ecclesiæ, & de iurisdictione ipsius. ut extra de iud. nouit. Et facit extra de iudæis. c. & si iudæos. & de hoc etiam no. eo. tit. iudæi siue. in glo. Sed quid ad nos. præterea si diceremus quod inquisitor non posset eos punire, iam sequeretur quod iudæi essent melioris conditionis q̃ Christiani, & iam ex sua nequitia exceptionis præmiũ obtinerent, quod esse non debet. ut ar. ff. de pet. hær. l. si a patre. §. si prædo. Quod uiaut elam. l. 3. §. seruus. & ff. de neg. ge. siue hęreditaria. in fi. Ad quod extra de translat. episcop. inter corporalia. §. sed neque. cum sim.

4 Sed circa† hoc quæritur, quomodo puniet eos inquisitor, cũ non possit eis pœnitentiales & spirituales pœnas imponere prout imponeret Christianis, dic ꝙ poterit eis alias pœnas imponere, uidelicet interdicẽdo Christianis ne aliquid communicent istis iudæis. ut extra de iudæis. c. ita quorundam. in fi. in d. c. & si iudæos. & dicto. c. ad hoc. Nam hæc est pœna grauissima conuersari inter homines & hominum carere suffragijs. ut. C. de aposta. leg. 2. Item & pœnam pecuniariam imponendo. ut extra de iudæis. postulasti. Item & alia pœna corporali, uidelicet carcerando, uel uerberando. ut extra de rapto. c. in hoc. 45. dist. qui sincera. in glos. sed nonne. in fine. Et scias tamen ꝙ in præmissis casibus seu prædictis excessibus iudęi sunt per seculares potestates pœnis grauioribus puniendi. ut. C. de iudæis. l. iudæos. & l. iudæi. & l. fi. extra eo. in c. in nonnullis. in fi. In secundo uero casu quando delinquunt circa fidem eorum, puta quia fœnerantur, uel negligunt obseruare mandata legis mosaycæ, dic ꝙ ecclesia non intromittit se de hoc, nisi id quod faciunt contra fidẽ suã redundet ad damnum & pernitiem Christianorum, sicut est extorquere usuras a Christianis, quia tunc licet inquisitor non possit de hoc se intromittere, cum eius iurisdictio sit limitata ut eam non exerceat nisi in ijs quæ pertinent ad deffensionem fidei, ut supra dicitur, tamen episcopus

dioece-

diœcesanus qui est iudex ordinarius poterit ipsos iudæos corrigere, & à talibus cohærcere, ut extra de usuris.c.post miserabilem.

5 Et ad hoc† ꝗ dicitur ꝙ nihil ad nos de ijs qui foris sunt, uerum est. s. ut spiritualiter puniátur, uel ut ecclesia iudicet de ijs quæ faciunt secundum regulas superstitiosæ religionis eorum, uel ut ipsi præcise compellátur ad fidem catholicam uenire, ut 45.di.qui sincera.& c.de iudæis, superius allegat. quia iá non sunt cogendi nisi fuissent baptizati, & sic christianæ fidei alligati ut extra de hæret.c.contra Christianos.lib.6.at in iis quæ faciunt in contemptum fidei Christianæ. & perniciem Christianorum, tunc bene se intromittet ecclesia, ut supra est dictum, & ita soluitur istud contrarium, & ita no.Goffre.in summa de iudęis.§.item permitti. In tertio uero casu ubi delinquũt extra præmissa, tunc inquisitor indubie non intromittet se, cum tales non sint de causis suæ iurisdictionis, ut d. c.accusatus.§.sane.& §.exequenti.& 25.q.1.amputato.ubi expresse dicitur ꝙ iudex non debet attentare aliqua non commissa, quia sic excederet fines mandati, quod non licet, extra de rapt.cum dilecta.

CAPVT XXXVII.

De potestate inquisitoribus competente, & de indulgentiis quæ per ipsos conceduntur.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores in exterminium hæreticorum possunt implorare brachium seculare.*

2 *Cruciata potest concedi contra hæreticos, sicut contra occupantes terram sanctam.*

1 POssunt autem inquisitores† admonere seculares potestates & ab eis exigere iuramentum ut exterminent hæreticos de suis terris, & possunt in exterminium hæreticorum implorare brachium seculare, & si prædictæ seculares potestates eis nõ paruerint in prædictis, graues pœnas incurrunt, & reddunt se de hæresi suspectos, ut prædicta probantur extra de hæret. c. excommunicamus.§. moneantur.extra eo.c.præscindentes.& c.ut officium.§. statuimus. lib. 6.& habentur hæc clarius in quadam constitutione extrauaganti, quæ fuit Innocentij quarti, & incipit statuimus.

2 Item possunt indicere bellum contra hæreticos. Nam ecclesia quandoque indicit bellum ut malos compescat & eos reducat. ut 24.q.1. per totum. Et insuper possunt contra eos cōcedere caracterem crucis catholicis & fidelibus in exterminium hæreticorum, & assumentes sic ab eis caracterem crucis multa priuilegia consequuntur, sed in summa cōsequuntur omnia illa priuilegia quæ sunt concessa assumentibus crucem in subsidium terræ sanctæ, Ita probatur extra eo.c. excommunicamus. §. catholici. & extra de pœniten. Quod in te. in fi. Et patet latius in quadam constitutione extrauaganti, quæ fuit Innocentij. 4. & incipit malitia huius temporis. & fuit postea approbata per Alexandrum in quadam eius constitutione, quæ incipit, cum fœlicis. quæ constitutiones sunt seruandæ. ut extra eo.c.fi. in fi. lib. 6. & præter potestatem eis attributam per constitutiones & iura communia, habent ipsi inquisitores alias potestates, & plures eis concessas in spiritualibus in priuilegijs eorundem, quæ quidem priuilegia semper sunt attendenda ut ipsi eorum terminos non excedant: ut extra de priuilegiis.c. recipimus. & c. ex parte & c. porro. 42. di. Quiescamus. ad quod. ff. de arbitris. l. non distinguemus. §. de officio. & in auth. de man. prin. §. si quis autem.


CAPVT XXXVIII.

An inquisitor posfit damnatum de hæresi restituere ad honores & famam.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor an posit uere hæreticos & damnatos de hæresi restituere ad honorem & famam.*

2 *Restitutio in integrum ad testificationem pertinet ad solum principem.*



Vpra in ca. de pęnis hæreticorum fuit dictum, quod hæretici fiunt infames, & intestabiles actiue & pasiue, & inhabiles ad honores & ad ciuiles actus.

1 Sed illud quæritur, an inquisitor posit sua authoritate qua fungitur tales uere hæreticos & de hæresi damnatos restituere in integrum ad honores & famam & similia, & dicas expresse quod non, quia inquisitor est iudex delegatus. per c. per hoc, extra eo. li. 6. & sibi est commissum ut inquirat & procedat, culpabiles puniat, & Innocentes absoluat, ut

uat,ut supra sæpius ostensum est.Nec ipse poterit excedere fines manda ti.extra de offi.deleg.c.pen.& infra de Rescr.c.cum dilecta.Ad ꝙ.ff.mã. l.diligenter.cũ simil.præterea & ordinarius iudex etiam hoc non posset quia postq̃ damnauit hæreticum functus est officio suo, unde non intromittet se amplius ut ff.de re.iudi.l.iudex.& extra de off.dele.c. in literis.

2 Item & alia†ratione non possent, quia restituere in integrum ad testificationem pertinet ad solum principem ut C.de inof.te.l.si quando. ff. de bonis liber.l.etiam.§.j.& de iniusto & rup.te.l.si quis filio ex hæredato.§. plane. sic & ad famam potest restituere solus princeps uel senatus. ut.ff.de postul.l.j.§.de qua.& no.instit.qui.mo.ius pa.po.sol.§.j.in glo. principis.ad quod C.de sen.pasis.l.j.& per totum.sic & in Papa est dicẽdum, ut ipse solus uel cœtus Cardinalium & non alii possit in integrum restitutionem istam concedere,ut extra de re.iudi. capit. cum te. Et ita plene no.per Ber.& Innoc.


CAPVT XXXIX.

De domo in qua hæretici fecerunt consolationem.

SVMMARIVM:

1 *Domus in qua hæretici ad hæreticalia conuenerunt an ueniat confiscãda.*

2 *Domus in qua hæreticalia commissa sunt est destruenda sine spe reædificationẽs,*



FVit aliquando dubitatum quid fieri debeat de domo in qua hæretici fuerunt adorati,uel receptati, uel manus aliis imposuerunt,uel in qua iam fecerunt consolationem,quæ uere potest
1 dici desolatio.ut extra eo.c.filij.lib.6.An debeat † confiscari uel destrui,& circa hoc dixerunt quidam distinguendo, Aut is cuius erat domus illa damnatur de hæresi, & tunc omnia bona sua ueniunt confiscanda.& per consequens eius domus, ut supra dictum fuit de confiscatione bonorum.Aut ipse dominus domus non damnatur de hæresi,puta quia in domo aliena hæretici talia commiserant, & tunc aut ipse dominus sciuit in sua domo talia committi,aut ignorauit,si ignorauit, domus remanet sibi illæsa, si uero sciuit uel scire debuit, tunc ipsa domus confiscatur,& confiscata remanet arbitrio inquisitoris uel episcopi destruenda.ita dicunt ipsi posse probari per casum & argumentum, quia

 id dicitur

id dicitur in minori crimine. ſ. falſæ monetæ. unde multo fortius in isto. ut. C. de falſ. mo. l. j §. domus. & in alio. C. de iis qui latrones. l. fi. iuncta cum. c. uergentis. extra eo. & extra eo. cum ſecundum leges. li. 6.

2 Tu potes hoc clarius dicere & per alia iura probare, uidelicet ꝙ domus in qua inuẽtus fuerit hæreticus cõmorari, & in qua inuẽtus fuerit ꝑdicare, uel in qua manus impoſuerit, uel adorauerit, uel fecerit conſolatione, uel ẽt in qua euaſerit ne caperetur, eſt funditus deſtruenda ſine ſpe aliqua reædificationis, etiam ſi eſſet alta Turris, ſiue ipſa domus fuerit talia committentis ſiue fuerit cuiuſcunque alterius ſcientis in ea talia committi & patiẽtis, ut ſic locus ille qui fuit latibulum & receptaculum hæreticorum ad perpetuam receptionem putredinis & ſordium deputetur, ſecus ſi fuiſſet alicuius innocentis & ignorantis q̃ a tali ſua domus illæſa maneret. Et eo caſu quo domus ipſa deſtruitur lapides & cementa ueniunt ad fiſcum, & diuiduntur ſicut alia bona quæ propter crimen huiuſmodi confiſcantur, & prout fuit dictum ſupra in capitulo. Quis dicatur fiſcus, ita probatur aperte in quadam extrauaganti conſtitutione Federici Imperatoris quæ incipit, patharenorum. §. adiicimus, & in quadã alia conſtitutione extrauaganti Innoc. quarti. Quæ incipit, ſtatuimus. §. & domus illa, & §. domus autem. Quæ fuit poſtea approbata per Clemen. 4. in alia conſtitutione, quæ incipit, cum in conſtitutionibus, & iſtę conſtitutiones licet non habeantur in compilatione librorum, tamẽ ſint ſeruandæ. ut extra eo. c. ut inquiſitionis. in prin. & c. fi. in fi. li. 6. & ita ſeruat generalis cõſuetudo officij inquiſitionis. Cæteræ uero domus hæreticorum in quibus talia non ſunt commiſſa non deſtruuntur, ſed in confiſcationem bonorum ueniunt, prout patet in dictis iuribus, & dictum fuit ſupra de confiſcatione bonorum, an uero ſuper ipſo terreno poſſit poſtea edificari, ſtatim dicetur.

CAPVT XXXX.

De præſcriptione bonorum hæreticorum, & terreni domus deſtructæ.

SVMMARIVM.

1 *Bona hæreticorum an & quo caſu poßint præſcribi, & quæ requirantur ad præſcriptionem.*

2 *Præſcriptio requirit ad ſui ualiditatem titulum, bonam fidem, & poſſeßionem*

nem diutinam continuatam, absque interruptione ciuili uel naturali.

3 *Præscriptio quibus concurrentibus locum habeat in bonis defuncti cuius memoria de hæresi non damnatur.*

4 *Præscriptio centenaria an habeat locum in bonis eius qui post mortem detegitur fuisse hæreticus.*

5 *Præscriptio centenaria currit contra ecclesiam, etiam in bonis sibi delatis, licet nunquam possessis.*

6 *Præscriptio centenaria subrogata in locum alterius assumit naturã illius.*

7 *Terrenum uacuum per sententiam inquisitionis an possit præscribi spatio quadraginta annorum ut possit reædificari.*

8 *Inquisitor an possit dare licentiam reædificandi terrenum uacuum ex sententia inquisitionis.*

SVper præscriptione bonorum illius qui inuenitur hæreticus decessisse videt distinctio adhibenda videlicet. Aut† ille de cu-
1 ius bonis quæritur reputabatur tempore suæ mortis, aut non reputabatur catholicus, puta quia forte damnatus decessit, uel saltem diffamatus & suspectus de hæresi. primo casu. s. quando defunctus reputabatur catholicus. successores ipsius uniuersales & singulares iuris & rei præscribunt. vniuersa bona defuncti spatio xl. annorum. si modo hæc in eis concurrant, Primo ꝙ ipsi successores sint catholici. Secundo quod habuerint iustum titulum. Tertio ꝙ habuerint bonam fidẽ. Quarto ꝙ habuerint diuturnam possessionem absque interruptione per totum dictum tempus xl. annorum. Et ita intelligi debet ꝙ hæc exigangantur in c. 2. in fi. extra de præscrip. lib. 6. & ibi in textu probatur ꝙ illa duo exiguntur videlicet ꝙ defunctus qui detegitur modo hęreticus tempore mortis reputabatur catholicus, & ꝙ ipse successor qui possidet sit catholicus. Et etiam secundum potest adiuuari alio iure, quia si esset infidelis vel hæreticus non posset possidere de iure. vt 23. q. 7. per totum. 8. dist. quo iure. Et sine possessione præscriptio non procedit. ut. ff. de vsucap. l. sine possessione. & extra de reg. iur. c. siue. lib. 6.

2 Item exigitur† secundum videlicet iustus titulus, vt puta ꝙ ille successerit, uel quod rem emerit & similia, nam nullo titulo præcedente præscriptio non vendicat sibi locum, vt C. de acquiren. pos. l. diutina. & de rei uendi. nullo. & ff. de vsucap. l. Celsus. cum sua materia. An autem & quando titulus debeat probari, vide extra de præscrip. c. j. lib. 6. Item exigitur tertium, videlicet bona fides, nam sine ea præscriptio non procedit, vt extra de reg. iur. c. possessor malæ fidei. lib. 6. item exigitur quartum, videlicet possessio diutina continuata absque interruptione natu-

rali vel ciuili vt.ff.de vsucap.l.naturalis.& C.de præscrip.30.an. compe tere.& l.cum notissimi.§.sed & si quis debitor.& ibi not. Ad quod extra de præscript.capitulo.illud & capitulo.Ad aures.

Ijs autem† concurrentibus procedit quadragenalis præscriptio in bonis illius defuncti cuius memoria de hæresi non damnatur, q̃uis alia litera sequi solebat conditionem personæ damnatæ. vt C. de bonis damn. aũth.bona. In secundo vero casu, quando defunctus de cuius bonis agitur modo, & qui modo detegitur hæreticus decessisse non reputabatur catholicus tempore suæ mortis, dic quod & si cætera præmissa concurrerent, tunc quadragenalis præscriptio nõ habebit locũ, quia illa præscriptio demũ permittitur vbi catholicus defunctus reputabatur tempore mortis, ergo vbi nõ reputabatur catholicus inhibetur iuxta illud. Quod de vno permittitur de cæteris prohiberi videtur vt.ff.de iudic.cum prætor.& extra de præsump.c.nonne.cum simil.

4 Sed dato† quod quadragenalis præscriptio non vendicet sibi locum hoc secundo casu, an saltẽ centenaria locũ habebit, & videtur ꝙ non, q̃a a tempore commissi criminis bona fuerunt delata in fiscum, vt supra de cõfiscatione bonorum, & res fisci sunt impræscriptibiles. vt instit. de usu cap.§. res fisci. Sed tunc ego credo ꝙ sic. Quia uerum est ꝙ bona istius hæretici fuerunt delata in fiscum, etiam a tempore cõmissi criminis, sed publicari debent Romanæ Ecclesiæ prout dicitur supra de confiscatione bonorum, & contra Romanam Ecclesiam habet locum præscriptio centenaria. vt. C.de sacrosan.ecc.auth.quas actiones quę est canonizata.16. q.3.quas actiones. Et habetur aperte extra de præscrip.c.2.in prin.lib.6.

5 Et licet †ecclesia nunq̃ possederit illa bona, tamen sufficit ad præscribendum contra eam quod bona fuerint sibi delata. vt.ff.de iure fisci. l. j. §.præscriptio. Et extra de hæreticis c.2.in prin.lib.6.sed illud tamen intellige esse verum si modo istæ possessor est catholicus, prout supra est dictum in alio membro, & si etiam habuit titulum, sine quo præscriptio non procedit, vt supra proximus dictum fuit & si habuit fidem bonam. cum possessor malę fidei nullo tempore præscribat vt dicto. c.possessor. Circa quam bonam vel malam fidem, quando vitium contractum a defuncto committetur successorem vel non, potest dici, ut not. C. de acqui ren.possess.l.vitia.cum sua materia. Nec mirum, quia ea exiguntur in præscriptione quadragennali.

6 Nam ista† centenaria subrogata in locum alterius præscriptionis assumit sibi naturam illius. vt.ff.de noxal.l.si ex duobus.in prin.si quis caut. l.si eum.§.si.C.de rei vx.acti.l,j.§.fuerat. & ff.si quis testa. lib. esse iussus fuer.l.j.§.hæc actio. Nec in illa centenaria exigitur ꝙ ille reputabatur ca

tholicus

tholicus, quia tunc præmissis concurrentibus sufficeret quadragenalis, vt supra. hoc ergo deficiente exigentur centum anni sicut in aliis rebus ratione ecclesiæ per iura prædicta. Sed pone quod domus aliqua fuit destructa funditus propter labem hæresis, & fuit damnatum terrenum, ut perpetuo uacuum remaneret ad receptaculum sordium, vt dictum fuit supra de domo in qua hæretici fecerunt consolationem. Modo quidam catholicus acquisiuit aliquo titulo hoc terrenum & possedit illud xl. annis, quando fuerat alicuius qui decesserat catholicus, vel centum annis quando fuerat non catholicus, nunquid iste possessor dicetur præscripsisse hoc terrenum vt in eo possit ædificare de nouo.

7 Quidam dicunt † q; sic spatio. xl. annorum, eo casu quo defunctus catholicus decessisset. per dictum. c. 2. in fin. de præscrip. lib. 6. sed ego dicerem q; neutro casu, nec aliquo tempore præscribatur quantum ad ius reædificandi, Quia ex quo fuit damnatum ut perpetuo uacuum remaneret, res fuit imprę̨scriptibilis, & affecta uitio impediente præscriptionē. Nam istud onus seu uitium est reale & afficit ipsam rem, & hoc reale uitium impedit præscriptionem, quia committatur rem ad quemcunque perueniat, cum semper transeat cum suo onere, & per mutationem personæ uel per lapsum temporis non purgatur, ut instit. de usucap. §. furtiuæ. & §. sed aliquando. & d. l. uitia. & quod ibi no. accedat. ff. de contrahē. emp. l. alienatio. & ff. de seruis expor. l. Titius. C. si manci. ita fuer. alien. per totum. Ex quo . n. lex prohibet alienationem uel ædificationem semper & omnia prohibet. ut ff. de usucap. l. ubi. Ad quod. ff. de fideiuss. l. cū lex. ff. de postul. quos prohibet, plus potest dici, quoniam ex quo terrenū est perpetuo prohibitum reædificari, succedens in eo non potest dici bonæ fidei quatenus ad ius reædificandi, cum mereretur cōtra interdicta legum uel canonum, & per hoc non præscribit. ut. C. de agricol. & censitis. l. quemadmodum. li. xj. Et quod no. extra de reg. iur. c. possessor. lib. 6. Et quod ibi not.

8 De iure † ergo debet in detestationem criminis perpetuo uacuum remanere, sed ipsi inquisitores asserunt se habere potestatem ex apostolicis priuilegijs & consultationibus concedendi catholicis hæredibus licētiam dicta terrena claudendi cum muris & sepibus, & faciendi in eis scalas & porticus & domos, & hanc potestatem exercent quotidie, & hanc licentiam de consuetudine sic concedunt.

CAPVT

CAPVT XLI.

DE formis sententiarum propter crimen hæresis proferendis.

SVMMARIVM.

1 *Sententiarum genera quot principaliter sint in crimine hæresis.*
2 *Forma sententiæ condemnatoriæ contra hæreticum uiuentem.*
3 *Forma sententiæ contra hæreticum mortuum.*
4 *Forma sententiæ super destructione domorum in quibus hæretici exercuerunt hæreticalia.*
5 *Forma sententiæ contra hæreticum redeuntem ad pœnitentiam. & numer: 7.*
6 *Tempus sententiæ attenditur circa damnationem hæreticorum.*
8 *Forma sententiæ absolutoria in crimine hæresis.*

IN superioribus ea quæ ad theoricam pertinent sunt tractata, nunc aliqua de ijs quæ ad practicam pertinent inseruntur, uidelicet. Quædam formæ sententiarum quæ circa crimen
1 huiusmodi proferuntur. Circa † quod est sciendum, quod quantum ad hoc crimen tria sunt principaliter genera sententiarum, Quædam sententiæ sunt condemnatoriæ, Quædam purgatoriæ, & quædam absolutoriæ. Circa sententias condemnatorias subijciam tres formas per quas paucis competenter mutatis secundum uarietatem contractuum comprehendi poterit modus & forma alias sententias formandi & uariandi legitime. Prima igitur forma est, quando hæreticus uiuens damnatur, Secunda quando sententia fertur post mortẽ, Tertia quando damnatur domus uel fundus. vbi ergo uiuens damnatur de hæresi, quod quando fieri debeat dictum est supra in c. de hæreticis, & credentibus redeuntibus, & in c. de pœnis hæreticorum, sententia poterit sic formari.

2 Nos, A. Dei gratia † episcopus &c. uel nos frater. A. ordinis prædicat. a sede apostolica deputatus super hæretica prauitate in tali prouincia uidelicet prout debitum nostri officij exigit, processimus contra. A. per uiam inquisitionis fama publica præcedente & clamosa insinuatione referente, uel ad denunciationem quorundam catholicorum ac fide dignorum, uidelicet super eo quod dicebatur dictum. A. male de fi-

de sentire, & fore hæreticum manifestum, uel credentem hæreticorum, & publice, & sæpius dixisse uerba hæretica. uidelicet Christum non fuisse natum ex uirgine incorrupta, non fuisse passum, non fuisse incarnatum ex Spiritu sancto, uel similia, seu in eo quod dicebatur dictum. A. publice prædicasse talia uerba quæ hæresim sapiunt manifestam, uel credidisse prædicantibus seu dicentibus tales errores, Quæ quidem omnia nobis constat per probationes legitimas esse uera, uel super quibus omnibus uoluimus a dicto. A. per eius confessionem exigere ueritatem, Qui tandem fuit coram nobis sponte confessus se prædicta dixisse, & se ea credere et tenere, & a tanto tempore citra ipsa credidisse. Nos uero mandatis ac uestigijs domini inhærentes, qui non uult mortem peccatoris sed ut conuertatur & uiuat, nixi fuimus reducere & corrigere, eum per doctrinam Euangelicam, ac sibi exponendo christianæ fidei ueritatem, lucide & explicite declarantes quæ circa prædicta sacrosancta romana ecclesia tenet docet & prædicat, & quamuis eundem a fide catholica deuium & penitus alienum inuenerimus adeo duræ ceruicis quod errorem suum noluerit confiteri, nec etiam detestari, eidem tamen paterno compatientes affectu, ac ipsius salutem cordialiter affectantes præfiximus sibi certum terminum iam elapsum ad deliberandum, ac etiam pœnitendum. Cum ergo ipse tanquam iniquitatis filius & tenebrarum, ac ueri luminis inimicus in tantum obdurauit cor suum ut non intelligat uocem sui pastoris, Nec ualeat monitionibus allici, nec reduci rectis & ualidis argumentis, Immo in suo pertinax sit errore, idcirco Nos. A. episcopus uel nos frater. A. Inquisitor prædictus attentis & pensatis diligenter eius demeritis atque culpis per ipsius damnabilem pertinaciam aggrauatis, nolentes ꝙ per ipsius impunitatem is qui est nequam fiat nequior & alios inficiat sua labe, Adiunctis nobis ad hæc solertius exequenda talibus prę latis & uiris religiosis, & communicato in iis diligenter & sæpius consilio sapientis uiri domini Vicarij Episcopi, uel domini episcopi & eius Vicarij, habitoque consensu & obtento, & aliorum etiam plurium iuris peritorum, & uirorum religiosorum communicato consilio. Christi nomine inuocato, eundem. A. de suo Reatu detestabili sponte confessum, uel plene conuictum, ac pœnitentialiter pertinacem, uel in abiuratam hæresim iam relapsum, si modo sit talis, & nolentem pœnitentialiter redire ad ecclesiæ unitatem, sedentes pro tribunali, in ijs scriptis per hanc diffinitiuam sententiam nostram hæreticum iudicamus, & tanquam hæreticum condemnamus, relinquentes eum ex nunc tanquam hęreticum damnatum iudicio secularis potestatis cohærcendum secundũ legitimas sanctiones, & tam ipsum uelut hæreticum, quàm omnes alios

qui

qui scienter de cætero eum receperint, aut defenderint, aut sibi consiliũ, auxilium, uel fauorem præbuerint, tanquam defensores, fautores, uel receptatores hæreticorũ authoritate qua fungimur excõmunicationis uinculo innodamus, per hanc nostram sententiam declaramus & bona eius a dicto tempore commissi criminis in nostrum fiscum fuisse delata; ac ea omnia & singula cameræ romanæ ecclesiæ & nostri officij inquisitionis confiscamus, & solemniter publicamus. singula quæ in hac forma ponuntur possent probari per multa iura sed ea uide supra in cap. de hæreticis & credentibus redeuntibus. Et in c. de pœnis hæreticorum. Et ad hoc quod dicitur de consilio, uide supra in cap. de consilijs & collationibus peritorum. Et secundum hanc formam inspectis illis iuribus poterit omnis condemnatoria sententia uariari, quæ modo in personam uiuentem ueniat promulganda.

3 SEQVITVR secundum genus † sententiæ condemnatoriæ quæ non contra uiuentem sed contra mortuum est promulganda, & in illa hæc erit forma seruanda ommissis præfationibus.

QVIA nobis constat per probationes legitimas. C. fuisse hereticum tempore suæ uitæ & infectum labe hæresis decessisse, eo quòd talia uerba heretica dixit, & publice prædicauit uel sæpius asseruit talem errorẽ se credere & tenere, idcirco pronuntiamus, & per nostram sententiam declaramus eum fuisse & decessisse hæreticum, & ob hoc sedentes pro tribunali in ijs scriptis per hanc nostram sententiam damnamus memoriã ipsius, & si ossa eius poterunt discerni ab ossibus fidelium ea decernimus exhumanda, & extra cimiterium extrahenda, ac in detestationem sui criminis fore pœnitus concremanda, Declarantes insuper eius bona fuisse a tempore commissi dicti criminis in fiscum illata, Et ob hoc ea omnia & singula cameræ romanæ ecclesiæ & nostri officij inquisitionis confiscamus & solemniter publicamus, uel confiscata & publicata decernimus ipso iure; hęc forma not. in simili. institutio. de hæreditat. quæ ab intest. deferunt. §. per contrarium. Et singula quæ in ea ponuntur colliguntur ex iuribus allegatis supra in capitulo. Quomodo & ad quid super hoc crimine sit procedendum contra defunctum.

4 SEQVITVR tertium genus † sententiæ condemnatoriæ, uidelicet quæ fertur super destructione domorum, & in hac erit talis forma seruenda. QVIA NOBIS constat per legitimas probationes, qđ in tali domo. P. ipso domino domus sciente, fuerunt tales hæretici recepti, uel quod in ea fuerunt hęretici consolati, uel quod in ea tales hæretici suam damnatam & detestabilem hæresim prædicarunt, uel docuerunt, seu dogmatizauerunt, uel similia. Idcirco ut locus ille in quo fuit

hæreti-

hæreticorũ receptaculum,uel latibulum,sit receptioni sordium & putridinum in detestationem criminis perpetuo deputatus, pronuntiamus, & authoritate qua fungimur, mandamus dictam domum funditus demoliri ac destrui,nullatenus reficiendam postea in futurum. Et pronuntiantes ipsius omnes lapides,rudera, & cementa,in nostrum debere fiscũ inferri. Hæc forma colligitur & probatur, ex iuribus quæ allegantur supra in ca.de domo in qua hæretici fecerunt consolationem. Deinde quia dictum fuit supra, & in prin.huius membri, quod quædam sententiæ feruntur in hoc crimine, in quibus accusatus uel inquisitus non condemnãtur nec absoluuntur,sed purgantur, quamuis hoc uideatur quodammodo speciale, cum regulariter cæteræ sententiæ habeant continere condẽnationem uel absolutionem,ut C.quo. & quan. iud.l.præses. Et ff.de re iud.l.1.& facit.C. de custo.re.in fi. Vnde circa istam formam sententię est aliquantulum insistendum.

5 Sciendum est igitur† quod si confessus vel conuictus non est pertinax in errore,immo præsentet,se & vult redire ad ecclesiæ vnitatẽ,& infra tẽpus gratiæ humiliter petit misericordiam,tunc non debet episcopus vel inquisitor dicere in sua sententia, quia es hæreticus, vel quia es credens erroris,pro eo quia sic dixisti uel fecisti,ideo tibi talem pœnam pœnitentialem impono &c.Nam certe iste qui modo redit non est talis, 24. q.j. hæc est fides.24.q.vltima.dicit Apostolus. & ibi no. si enim esset modo talis videlicet hæreticus,episcopus vel inquisitor non possent pœnas hæreticorum statutas a iure remittere vel mutare, prout fuit plene dictum supra in capitulo.An & quando inquisitor possit pœnas pecuniarias imponere,nec etiam debet dicere,quia fuisti hæreticus,ideo &c.

6 Quia†circa damnationem hæreticorum attenditur tempus sententię, an tunc sint hæretici vel reuersi,vt dictum fuit supra iu capitul.de hæret. & credentibus.Non enim debet in eo despici quod iam fuit, cum nunc per pœnitentiam incipiat esse quod non fuit vt.l.distinct.ferrum. & c.si deiussor.siue ergo sit suspectus de hæresi cui imponitur pœnitentialis pęna,siue sit hæreticus qui rediens recipitur ad misericordiam,sententia sic formatur.

7 QVIA nobis constat† per tuam confessionem, vel legitimas probationes,te talia verba hæretica dixisse,vel te talibus erroribus credidisse, vel te scienter tales hæreticos defendisse,vel etiam receptasse, & p hoc in excommunicationis laqueum incidisti, nunc autem vsus consilio saniori,ex puro corde(ut asseris)petis misericordiam, & sponte redis ad ecclesiæ vnitatem,idcirco in primis abiurata per te omni hæresi,& recepta prius a te secundum ritum ecclesiæ competenti cautela de parendo man-

do mandatis ecclesiæ, te absoluimus ab omni excommunicationis vinculo quo teneris astrictus,& quia per prædicta quæ dixisti,fecisti,vel credidisti,in Deum & sanctam matrem ecclesiam temere deliquisti, & insuper quia per prædicta ostendisti te correctum,& ut fidelem in posterum te ostendas, tibi authoritate qua fungimur talem pœnitentialem pœnā duximus iniungēdam,videlicet vt in prædicatione publica, vel in triuiis & locis publicis ciuitatis, vel in tua parrochia tuis vicinis astantibus, tuum profitearis & detesteris errorem,vel ut portes per unum annū crucem coloris crocei tantæ longitudinis assutam ad uestem exteriorem,vel ut sis in tali monasterio per tempus tantum ad pœnitentiam peragendā, ut per hoc appareat. An ambules in tenebris an in luce, uel ut tanto tempore tenearis ieiunare, uel ut limina apostolorum uisitare debeas, uel quod tantam pecuniam inferas & expendas in faciendo fieri unam ecclesiam uel hospitale in tali loco. uel secundum nostrum consilium in talia opera pietatis,uel si uolet pœnam pecuniariam inferre,dicat. Quia tantam summam pecuniæ in hæreticos contulisti, uel in eorum alimoniam expendisti, uel quia pro extorsione pecuniæ multipliciter excessisti, ut puniaris in eo in quo deliquisti,tibi authoritate qua fungimur præcipimus & mandamus,quatenus cameræ nostri officij inquisitionis hinc ad talem diem tantundem,vel tantam summam inferas & persoluas. Si uero iste modo rediens & cui indicenda est pœna foret relapsus, nō est necesse quod de prædictis aliquid immutetur, nisi quod ibi circa principium addatur,& quia nobis constat te alias tanquàm suspectum hęresim abiurasse,& in damnatam & abiuratam hæresim recidisse, quod patet per tuam confessionem,uel per probationes legitimas.Tunc postea cōtinua, usque ibi,duximus iniungendam,& demum adde te authoritate qua fungimur perpetuo carceri mancipamus, uel quod sis perpetuo in tali monasterio ad perpetuam pœnitentiam peragendam, ut ibi commissa defleas,& in posterum similia non committas,uel ne uagando per orbem inficias oues sanas.Iura per quæ ista probantur allegantur supra in capitulo de hæreticis & credentibus redeuntibus. & in capitulo de pœnitētialibus pœnis.& colligitur ista forma ex notatis per domi. Archidiaco. extra eodem.capitulo.ut commissi.super uerbo.carcere.libro 6.

8 SENTENTIA ABSOLVTORIA † læuius & facilius formari poterit per quemcunque. Tamen de ipsa quia habui mētionem breuiter subiiciam,eius formam,quæ talis est.

NOS TALIS Episcopus,uel nos talis inquisitor &c. ex nostri officij debito per uiam inquisitionis processimus cōtra. N. super eo quod nobis fuerat delatus a quibusdam, uel super eo de quo fama publica laborabat,

borabat, uidelicet ꝙ ipse publice & sæpius talia uerba hæretica asserebat, uel quia in tali articulo male de fide catholica sentiebat, & similia, super quibus omnibus, ac etiam super ipsius conuersatione & uita testes recipere uoluimus, & tandem ad ueritatem lucidius indagandam eumdem. N. diligenter examinauimus super præmissis & cæteris quæ ad cultum pertinent fidei orthodoxæ. sibique dilationem ad sui defensionem ordinauimus competentem, quia igitur nobis constat per probationes legitimas ipsam famam contra dictum. N. ortam fuisse ab ipsius capitalibus inimicis, uel ab hominibus maliuolis, qui non ex zelo Dei sed ex odij fomite processerunt, uel quia nobis constat per probationes legitimas testes omnes qui contra ipsum. N. deponere satagere tanquàm eius inimicos uel cõspiratores, non catholicæ fidei zelatores, ex tipo malitiæ ad prædicta deponenda & deferenda nequitur processisse, & constat nobis tam per assertiones ipsius. N. bonis operibus approbatas. q̃ per testes idoneos fide dignos & omni exceptione maiores. dictum. N. fore & fuisse uirum utiqne catholicum & fidelem, boni testimonij, ac omni sinistra suspitione carentem, nos ideirco ipsum. N. tanquàm penitus innocentem per nostram diffinitiuam sententiam in ijs scriptis absoluimus a dicta inquisitione & contẽtis in ea prout etiam narrabitur causa propter quam mereatur absolutionem ipse inquisitus, poterit narrari forma sententiæ absolutoriæ aliquibus ex prædicta forma additis uel detractis. Multæ forsan aliæ sententiæ poterunt occurrere proferendæ, sed omniũ formæ satis possunt elici ex præmissis. Vnde amplius non insisto. Deo gratias.

Explicit tractatus super materia hæreticorum Clarissimo Domino Ioanne Calderino Authore.

Sequitur modo liber qui inscribitur Forma procedendi contra hæreticos seu inquisitos de hæresi, & in causa hæresis.

TRACTATVS

SEV FORMA PROCEDENDI contra de hæresi inquisitos.

Complectens praxim officij inquisitionis, quem omnes dictum officium exercentes ut formularium sibi proponere possunt.

TRACTATVS DIVISIO.



T officium inquisitionis magis habeatur in habitu, sciēdum quod primo tractabo de officialibus huius officij. Secundo de hæreticis, credentibus, receptatoribus, fautoribus, & defensoribus. Tertio de executione huius officij. In primo tractatu de officialibus. primo tractabo de eorū institutione. Scđo de eorū authoritate. Tertio de eorū si bene suum exercebunt officium utilitate & spirituali. & temporali. Quarto de eorum pœna si male & negligenter suum officium exercebunt & quia principalis officialis est Episcopus & inquisitor & priuilegia magis loquantur de inquisitoribus idcirco de inquisitore primo principaliter est agendum.

Inquisitionis officium cui principaliter iniungatur. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Officium inquisitionis principaliter iniungitur fratribus, a summo Pontifice.*

2 *Prouinciales ordinum an habeant facultatem iniungendi officium seu ministerium inquisitionis.*

3 *Inquisitionis officium quando & a quo fuerit perpetuatum.*

INQVI-

1 INquisitionis † autem officium principaliter iniungitur fratribus a summo pontifice, unde in litera Clementis, licet ex omnibus mundi partibus, quæ scribitur inquisitoribus dicitur. ut igitur inquisitionis officium contra hęreticos possit efficatius adimpleri discretioni uestræ per apostolica scripta mandamus, in remissionem uobis peccatorum iniungentes, quatenus in charitate Dei, hominum timore postposito, uirtutem spiritus induentes ex alto, prædictum officium quod apostolica uobis authoritate committimus &c. Item Vrbanus in priuilegio catholicę fidei scribens prælatis ordinum prædicatorum & minorum sic dicit. Nam si prædicta sedes interdum prælatis aliquibus uestrorum ordinum per suas literas sub certa forma committat, ut ad exercendum officium inquisitionis contra hæreticam prauitatem aliquos suorum ordinum fratres assumere ualeat, ipsosq; cum expedire uiderit amouere, ac alios subrogare, non tamen per hoc quod ipsis ea duntaxat de causa in hac parte committitur, quia de fratrum suorum ordinum idoneitate pleniorem habere notitiam præsumitur, aliqua enim super hmōi negotio uobis immediate a prędicta sede commisso & committendo facultas uel iurisdictio attribuitur seu potestas. Concordat Alexan. item idem Clemens in constitutionibus quas scribit potestatibus & aliis rectoribus dicit, ꝙ secundum illas constitutiones contra hæreticos sine aliqua ommissione procedāt, alioquin dilectis filiis prædicatorum & minorum ordinum fratribus inquisitoribus hæreticæ prauitatis & eorum singulis per Italiam deputatis authoritate sedis apostolicæ, & in posterum deputandis damus nostris literis in mandatis &c.

2 Secundario † uero & ministerialiter iniungitur istud officium a Prouintialibus utriusque ordinis de mandato summi. pont. & cū præcepto. unde idem Papa Clemens in alia litera quæ etiam incipit, licet ex omnibus, quam scribit prouintiali Lombar. & ita scripsit aliis prouintialibus, sic dicit. Discretioni tuæ per apostolica scripta firmiter pręcipiendo mādamus, quatenus de consilio aliquorum discretorum fratrum ipsius ordinis eligas octo de fratribus eiusdem ord. tuæ prouinciæ idoneos ad huiusmodi opus dominicum exequēdum eisque in uirtute sanctæ obedientiæ districte pręcipere apostolica authoritate procures, ut inquisitionis officium &c. Hic sequitur ꝙ prouintialis uel eius uicarius de consilio discretorum fratrum potest inquisitores ammouere & alios substituere, & si inquisitores decesserint ꝙ possunt alios substituere & quantumcunque hæc committantur eisdem, tamen secundum priuilegium Vrbani ꝙ incipit. catholicę fidei, non possunt se intromittere, nec inquisitoribus præcipere quod quantum ad tempus, uel certos articulos, uel certas per

ſonas ſuperſedere debeant in prædicto negotio. Idem dicit Alexander in priuilegio catholicæ. Innoc. in priuil. Odore ſuaui &c. concedit Magiſtro & prouintiali ꝙ poſſint amouere inquiſitores. & alios ſubſtituere uel commutare. & idem concedit de prædicatoribus Crucis.

3 Hoc† autem officium inquiſitionis perpetuatum eſt per. d. Clementem & habetur in vj. Decreta. Ne aliqui dubitationē ſollicitā excitantes in dubium reuocent an officiū inquiſitionis hæreticæ prauitatis ſollicitudini ueſtræ infra certos limites ab apoſtolica ſede commiſſum expiret ꝑ mortem Romani pont. qui commiſit. præſenti declaramus edicto ipſum officium non ſolum propter negotia uiuente mandatore incepta, immo etiam quo ad integra & non cepta, & ꝙ plus eſt quantum ad ea quæ tunc nequaꝗ̄ emerſerant in fauorem fidei poſt committentis obitum perdurare. In conſtitutionibus Clementinis habetur. Hoc ſacro approbante concilio ſtatutum eſt, ꝙ nullis niſi qui quadrageſimum annum attigerint poſſit officium inquiſitionis prædictæ committi.

Authoritas inquiſitorum qualis ſit. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores una cum diœceſano poſſunt interpretari ſtatuta edita contra hæreticos.*

2 *Facultates inquiſitorum quot & quales ſint.*

3 *Inquiſitores poſſunt compellere rectores ciuitatum ad ſeruandum conſtitutiones officij inquiſitionis & quod eas regiſtrari faciant in eorum capitularibus.*

4 *Excommunicatio inquiſitorum grauior eſt aliis quantum ad quatuor.*

5 *Excommunicati ab inquiſitoribus exiſtentes per annum in excommunicatione ſunt ut hæretici damnandi.*

6 *Inquiſitores poſſunt excommunicare maiori excommunicatione participātes cum quibuſdam excommunicatis ab eis.*

7 *Inquiſitores poſſunt excommunicare laicos diſputantes publici uel priuate de fide, & non reuelantes hæreticos.*

8 *Prædicatorum quæſtuariorum officium quale ſit, & de facultate inquiſitorum ſuper illos.*

9 *Authoritas inquiſitorum ad quæ non ſe extendat.*

Modo

1 MOdo uidendum est de authoritate inquisitorum & primum in quo apparet magis authoritas eorum est, †quia possunt interpretari statuta edita contra hæreticos una cum diœcesanis, ut patet ex priuil. Innoc. quod sic incipit, cum negotium fidei catholicæ. ubi dicit. ut commissum uobis ab apostolica sede tam salubre & utile ministeriũ exequi liberius ac exercere possitis efficacius, in hac parte interpretandi statuta ecclesiastica & secularia cõtra hæreticos edita cum diœcesanorũ Episcoporum consilio liberam uobis authoritate pſentium concedimus facultatem. Innoc. in alio priuil. plenius dicit sic, & Alexander ut commissum uobis inquisitionis officium contra hæreticam prauitatem efficacius & liberius impleatis, interpretandi & declarãdi una cum diœcesanis locorũ in quibus uobis idẽ officium est commissum, uel ipsorum uicariis cũ diœcesanis abesse contigerit statuta contra hæreticos, credentes, fautores, & defensores ipsorũ edita, & capitularibus seu statutorum liberius ciuitatum aliorumque locorum in quibus dictũ officium uobis exequendum incumbit posita uel ponenda, quotiẽs in eis apparuerit aliquid ambiguum uel obscurum, uobis & singulis uestrũ tenore præsentium concedimus facultatem.

2 Aliud uero †in quo etiam apparet magis authoritas inquisitorum est quia ut patet ex litera Clementis, licet ex omnibus mundi partibus, plena est eis facultas & authoritas concessa ab eo de intrascriptis, sic scribẽs inquisitoribus, plena sit uobis & singulis uestrum præsentium tenore facultas conuocandi clerum & populum ciuitatum, castrorum, aliorumque locorum, prout dicto negotio fidei uideritis expedire, & accresccẽdi, siue aduocandi prout expedierit quoslibet peritos ut uobis assistant in ferendis sententiis huiusmodi. & præbeant consilium opportunum. ac eis ut uobis pareant humiliter super iis in uirtute obedientiæ iniungẽdi, & faciendi quibuslibet assignari uobis libros seu quaternos, & alia scripta in quibus inquisitiones factæ, aut processus per quoscunque authoritate sedis apostolicæ uel legatorum eius contra hæreticos continentur, nec non & faciendi obseruari inuiolabiliter omnes constitutiones apostolicas & leges Imperiales. per. q. Federicum olim Romanorum Imperatorem tunc in deuotione ecclesiæ persistentem Paduæ promulgatas aduersus huiusmodi pestem hæreticæ prauitatis. Innoc. in constitutionibus idem dicit quòd Clemens.

3 Clemens †in constitutionibus dicit ꝙ inquisitores debent compellere rectores & ciuitates per excommunicationem & interdictum ꝙ seruent constitutiones, & ꝙ eas faciant scribi in capitularibus. Alexander ẽt dicit ꝙ possunt etiam cogere eos ad seruandum statuta legatorũ in pri-

uil.licet ex omnibus mundi.Item Innoc.in priuil.uolentes, dicit ꝙ pos sunt cogi ab inquisitoribus per excõicationem in personas.& per interdictum in terram. Et non solum rectores sed etiam aliæ ciuitates uel loci, concordat cum priuilegiis,cum aduersus hæreticam , & in priuil.ad orthodoxæ fidei,& in priuil.ad aures uestras,& maxime de rectoribus qui nolunt iurare seruare constitutiones.& Alexander in priuil. Cupiẽtes dicit, ꝙ etiam Communitates ciuitatum & aliorum possint cogi ut dictũ est, Alexander in priuil.cupientes,dicit ꝙ per excommunicationem in ꝑsonas & per interdictum in terras possint cogi,& etiam ꝙ statuta contra officium edita de capitularibus abradantur,alios eodem modo conatur. Denique ut circa præmissa plene sit uobis & singulis uestrum cohærctionis expedita & inuiolabilis adsit authoritas, uolumus ut ea omnia uiriliter exequamini.inuocato si opus fuerit auxilio brachij secularis. Contra dictores per cens.ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus aliquibus priuilegiis uel Indulgentiis quibuscunque personis cuiusuis conditionis dignitatis uel gradus,religionis, uel ordinis,communitatibus uel uniuersitatibus, ciuitatum uel locorum specialiter uel generaliter sub quacunque uerborum expressione uel forma a memorata sede concessis, uel in posterum concedendis, cum ex huiusmodi uel alijs priuilegiis uel indulgentiis nullum uobis in tantæ pietatis negotio uolumus obstaculum interponi.

4 Ad prædictam autem † censuram pertinet excommunicatio Inquisitorum, quæ quidem excommunicatio grauior est alijs quantum ad quatuor,& istud est aliud in quo apparet authoritas inquisitoris.Primo grauior est excommunicatio Inquisitoris cæteris, quia quidam excommunicati ab eo debent banniri,& ad hoc possunt cogere potestates & alios rectores.Secunndo eorum bona debent confiscari, & ad hoc etiam possunt prædictos rectores cogere.Et hæc patent in priuil.Inno. ꝙ incipit. Cum fratres prædicatores &c.In quo scribit baronibus & alijs dominis & rectoribus & cõmunitatibus ciuitatum dicẽs. Vniuersitatem uestram rogandam hortandam attente duximus commonendam, per apostolica scripta uobis districte præcipiendo mandantes quatenus omnes illos ꝙ per inquisitores eosdem uel per alios de ipsorum mãdato pro hæreseos crimine,vel pro defensione,seu receptatione , aut fauore hæreticorũ excommunicationis innodati vinculo vel denuntiati excommunicati publice fuerint bonis confiscatis ipsorum banno publico exponatis. Hoc idem dicitur ab eodẽ in priuil. ꝙ scribitur inquisitoribus. quòd incipit. Cum vos Inquisitores &c.

5 Tertio † grauis est excõicatio Inquisitorum, quia aliqui excommunicati

cati ab eis & persistentes per annum in excommunicatione animo pertinaci debent tanq̃ hæretici iudicari, & pœnis subijci contra hæreticos ꝑmulgatis,& hoc patet in lege Feder. Imper. quæ incipit Patarenorũ.ubi dicitur,credentes,receptatores,fautores,& defensores hæreticorum bannimus,statuentes, ut si postq̃ quilibet talium fuerit excommunicatione notatus satisfacere contempserit intra annum ex nunc ipso iure sit factus infamis &cætera. Et supra, qui autem fuerint inuenti sola suspitione notabiles,nisi ad mandatum ecclesiæ iuxta considerationem suspitionis,qualitatemque personæ propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tanquàm infames & banniti ab omnibus habeantur, ita ꝙ si per annum permanserint, ex tunc eos sicut hæreticos condemnamus. Et Alexander.consultationi uestræ breuiter respondemus.ꝙ cum pro contemptu non impunitas sed pœna contumacibus debeatur, & cõtumacia maxime in causa fidei suspitioni præsumptionẽ adijciat uehementem,si quis suspectus de hæresi uocatus à uobis ut de fide respõdeat parere subterfugit, aut contumaciter se absentat,& ob eam contumaciã a uobis excommunicationis uinculo innodatus per annum in excommunicatione perstiterit animo pertinaci,ex tunc uelut hæreticum damnetis quemadmodum de illis qui sola suspitione notabiles innocentiam suã congrua purgatione monstrare neglexerunt, & propter hoc excommunicationis innodati sententia eam per annum contempserint in generali concilio est statutum.Hoc idem dicit Innoc.& Alexander in priuil.Nouerit uniuersitas uestra.In sexto autem decretalium dicit Bonif.si quis uero de prædictis potestatibus dominis temporalibus,rectoribus,uel eorũ officialibus,seu Balliuis contra prædicta fecerit, aut præfato fidei negotio seu ꝑfatis diocesano episcopo uel inquisitoribus incumbenti se opponere forte præsumpserit, uel ipsum aliquatenus impedire, nec non & qui scienter [in] prædictis dederit auxilium,consilium, uel fauorem, excommunicationis se nouerit mucrone percussum, quam si per annum animo substinuerit pertinaci,ex tunc uelut hæreticus condemnetur.

6 Quarto grauis † est excommunicatio inquisitorum, q̃a possunt excõmunicare maiori excommunicatione participantes cum excommunicatis quibusdam ab eis.s.hæreticis, credentibus, fautoribus, receptatoribus,& defensoribus. Vnde Innoc.& Alexander in priuil. Nouerit uniuersitas uestra,dicit,si qui autem tales postquam ab ecclesia fuerint denotati euitare contempserint,excõmunicationis sententia procelantur,alias animaduersione debita puniendi.

7 Item † aliud in quo apparet authoritas inquisitoris est, ꝙ potest excommunicare laicos disputantes de fide publicæ uel priuatim, & potest,

excommunicare eos qui non reuelant hæreticos per se uel interpositam personam,& hæc patent in priuil.Innoc.& Alex. Nouerit uniuersitas uestra. Item aliud apparet in quo authoritas inquisitoris est, quia potest reseruare sibi authoritatẽ addendi & diminuendi in pœnitentijs iniunctis ut patet ex concilio Narbonensi ꝙ crederem esse concilium Tholosanum,nisi qa in hoc concilio sit mentio de concilio Tho. ubi ponitur pœnitentia quæ debet hæreticis imponi per inquisitores, & additur, uobis semper potestate retenta ut positis ex causa rationabili pœnitentijs iniunctis addere,uel detrahere,uel etiam commutare, & hac potestate cõsulimus uos usuros quotiens saluti animarum & utilitati negotij uideritis expedire,& hoc forte haberi potest ex litera Innoc.quæ incipit. Dilecti filij &c.& sequitur, sed cum inquisitores pro maiori parte in talium condemnatione adiecto uerbo perpetuo, super iniunctis pœnitentijs relaxandis,immutandis,& minuendis retinuerint potestatem,& infra. Qui uero ad crucem uel ad carcerẽ pro hæretica prauitate sunt perpetuo cõdemnati, potestate super liberatione ipsorum inquisitoribus reseruata &c. Ita ꝙ Papa uidetur approbare ꝙ faciunt inquisitores de reseruatione pœnitentiarum,sicut dictum est.Item Innoc.in priuil.Cum literæ uestræ,concedit inquisitoribus prouintiæ Lombar. & Marchiæ Taruisinæ, quod si literæ suæ non sunt correctæ ꝙ possint uti eis nõ obstãte corruptione. In ijs enim apparet principaliter authoritas inquisitorum & non solum in ijs, sed etiam in multis alijs quæ inferius in articulis proprijs continentur, sed si aliqua alia apparebunt in hoc loco ponentur.

8 Inquisitores etiã habẽt † authoritatẽ cõpescendi,propterea monitione præmissa per censuram ecclesiasticam appellatione postposita prædicatores quæstuarios ubi contigerit pro inquisitionis seu fidei negotio cõgregationem fieri seu alios eidem negotio quolibet ex hoc impedimentum aliquod afferri a prædicationis officio ꝙ ad illos nullatenus pertinet quorum interest tantum subsidia suppliciter ac indulgentiam si forte habent exponere uobis & singulis uestrum liberam concedimus authoritate præsentium facultatem.

9 Modo dicendum est † in quibus inquisitor non habet authoritatẽ,unde in 6.Decretal.dicitur sane cum negotium fidei ꝙ summe priuilegiatũ existit per occupationes alias non debeat impediri,inquisitores hæreticę prauitatis a sede apostolica deputati de diuinationibus,ac sortillegijs,nisi hæresim saperent manifeste,intromittere se non debent, nec punire talia exercentes, sed eos relinquere suis iudicibus puniendos. De quæstionibus præterea usurarum motis etiam contra illos quibus restitutionem usurarum in pœnitentia pro hæresis crimine iniunxerint, & illi ad hoc faciendum

ciendum se & sua in iudicio ecclesiæ obligauerunt, intromittere se non possunt, ne per causas huiusmodi offendiculum negotio fidei præparetur. Sed in consultationibus Alex. addit tamen eos ad restitutionem usurarum de quibus constiterit compellere poterunt, quibus in satisfactionem pro dicto crimine huiusmodi restitutionem in præsentia iniunxerunt. Bonif. uero etiam prohibet q; de Episcopis se non intromittant inquisitores hæreticæ prauitatis ab apostolica sede seu alio uel alijs quibuslibet deputati, de huiusmodi crimine contra episcopos nequeant, aut eius prætextu procedere contra eos nisi in literis apostolicæ commissionis q; hæc possint, contineatur expresse. Si tamen inquisitores ipsi episcopos uel alios superiores prælatos sciuerint uel inuenerint circa crimen hæreseos commisisse, aut eos de hoc diffamatos existere uel suspectos id tenebuntur sedi apostolicæ nuntiare.

Inquisitorum utilitates quales sint. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores sunt absoluti à pœna & à culpa.*

2 *Inquisitores possunt se mutuo absoluere ab excommunicationibus si quas incurrissent, & alia facere ut ibi.*

3 *Expensæ debent fieri inquisitoribus de bonis hæreticorum, uel officij & quomodo.*

MODO uidendum est tertio de utilitate inquisitorum quam cõsequunt ex officio inquisitionis. Et primo de spirituali. Nã
1 sunt † absoluti a pœna & a culpa, unde Clemens in priuil. licet ex omnibus mundi partibus, dicit & loquitur inquisitoribus. Vobis autem pro huius negotio laborantibus illam peccatorum ueniã indulgemus quæ succurrentibus terræ sanctæ in generali concilio est concessa. Alex. uero inquisitoribus Tholosanis plenam concedit ueniã peccatorum. Innoc. inquisitoribus prædicantibus crucem id priuilegium & indulgentiam elargitur quæ transeuntibus in terræ sanctæ subsidium in generali concilio conceduntur.

2 Alia utilitas spiritualis est † quia possunt inquisitores mutuo se absoluere ab excommunicationibus si quas incurrissent, & dispensare in irregularitatibus quemadmodum possunt Priores secundum priuilegia fratrum prædicatorum ordinis, secundum priuilegium Alex. ut negotium si dei.

dei. Item ꝙ plenè possunt absoluere sotios suos, & dispensare cum eis de prædictis & in prædictis, & ab eis absolui, & per eos dispensari secundum modum supradictum, ut dicit Vrbanus in priuil. Ne inquisitionis officium. Et Clemens. ne inquisitionis. Item possunt absoluere famulos & familiares ab excommunicatione quam incurrerint propter iniectionem manuũ occasione officij, ut dicit Inn. in priuil. Deuotionis uestræ.

3 Secundo de temporali utilitate est agẽdum. quæ est † quod ipsis inquisitoribus debent fieri expensæ sine difficultate de bonis hęreticorum uel pertinentibus ad officium, sed computatio expensarum & introituum debeat fieri coram dioc. & hoc secundum Innoc. in priuil. super extirpatione. Sed dominus Benedictus hoc ammouit in litera quam mittit inquisitoribus, ex eo quòd quædam nouella. Et ordinat quod hæc ratio reddatur summo Pontifici uel suo Nuntio.

Inquisitores malitiose exercentes officium quibus subiaceant pœnis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores malitiose exercentes uel ommittentes exercere suum officium suspenduntur ab officio, excommunicantur, & aliis pœnis plectuntur.*

2 *Vicarij episcoporum & inquisitores extorquentes pecuniam modis illicitis qualiter puniantur.*

1 QVarto uidendum est de pœna inquisitorum, si malitiose suum exercent officium, hæc autem pœna † ponitur in constitutionibus Clementinis. cap. multorum quærela &c. Verum q̃a nimis est graue ad exterminationem prauitatis prædictæ non agere ꝙ ipsius contagiosa enormitas agendum requirit, Graue est quoque & damnatione dignissimũ. & malitiose in sumptibus eandem imponere prauitatem episcopo, & inquisitori prædictis. ac alijs ad dicti officij executionem substituendis ab eis, in uirtute sanctæ obedientiæ & sub interminatione maledictionis eternæ præcipimus, ut sic discrete & prompte contra suspectos, uel diffamatos de huiusmodi prauitate procedãt quod malitiose aut fraudolenter tantam labem, seu quòd ipsos in executione officij inquisitionis impediat, falso alicui non imponant, ꝙ si odij, gratiæ, uel amoris, lucri, aut commodi temporalis obtentu contra iusti-

iustitiam & conscientiam suam ommiserint cõtra quemquam procedere, vbi fuerit procedendum, super huiusmodi prauitate, aut obtentu eo, dem prauitatem ipsam uel impedimentum officij alicuius imponendo eum super hæc præsumpserint quoquomodo uexare, præter alias pœnas pro qualitate culpæ imponendas, idem episcopus aut superior suspensionis ab officio per trienniũ, alij uero excõicationis sententias eo ipso incurrant, a qua quidem excommunicationis sententia, qui eandem incurrerit, nisi per Romanum Pontificem nequeat, prẽterquam in mortis articulo, tunc satisfactione præmissa, absolutionis beneficium obtinere, nullo in hac parte priuilegio suffragante.

2 Item præcipitur † in eodem cap. Vicarijs episcoporum & capitulorũ sede uacante & inquisitoribus & eorum Vicarijs, quod non extorqueãt pecuniam ab aliquibus quibusuis modis illicitis, & ꝙ non debeant confiscare bona ecclesiarum propter delictum clericorum, & si contrarium fecerint sunt excommunicati ipso iure; nec possunt absolui nisi prius satisfaciant illis de pecunia sic extorta; nec possunt de tali pecunia pacta & remissiones fieri, & notarij & alij officiales & socij inquisitorum hæc scientes tenentur eos corrigere in secreto, & si se non correxerint, si tunc probare possunt, debent reuelare prælatis eorum, & ipsi prælati debent eos absoluere ab officio, & eos punire, Et sic patent ea quæ pertinent ad officium inquisitoris quantum spectant ad hanc partem.

De officio uicarij inquisitionis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores an & in quibus casibus, & quibus possint committere uices suas.*

2 *Inquisitores non possunt committere suis uicariis prolationem sententiæ diffinitiuæ, nec executionem criminalem, sed solum pecuniariam.*


Ecundus officialis post inquisitorem est uicarius inquisitoris, cui inquisitor potest committere, secundum Clemen. licet ex omnibus, citationes, testium examinationes, cum de huiusmodi crimine ac ipsius circunstantijs duxerit inquirendũ, ita tamen ꝙ huiusmodi examinationi duæ personæ religiosæ, ut dictum est, intersint & denunciationes sententiarum quas in quolibet hac de causa tuleritis, & hoc concluditur a sapientibus aliquibus ꝙ inquisitores pos-

1 † possunt committere uices suas in citando quoslibet infames & suspectos,& ipsi Vicarij possunt citatos ipsos si rebelles fuerint per censuram ecclesiasticam cogere ad præsentandum se coram eis, & pertinaces excõmunicare,& si tandem se præsentauerint possunt eos absoluere, & dicta eorum recipere & examinare, & etiam testes citare,& cogere per censuram ecclesiasticam ad testificandum contra eos, & dicta eorum exami-
2 nare,inquisitores † uero suis vicarijs non possunt committere diffinitiuã sententiam,quia ipsi soli inquisitores diffinitiuam sententiam super principali ferre possunt postmodum uero possunt committere denunciationem sententiæ latæ per eos,& etiam executionem ipsius sententiæ si fuerit pecuniaria,si autem esset ipsa sententia criminalis, non possunt. Nicolaus quartus dat potestatem inquisitoribus Marchiæ Taruisinæ quod possint fratribus sui ordinis committere ꝙ possint absoluere ab excõicationibus sui sic dicens. Nos uolentes animarum prouidere saluti, absoluendi quotiens fuerit opportunum per fratres uestri ordinis quibus ad hoc idoneis id duxeritis committendum,illos qui inter eandem ad ministrationem in prauitate huiusmodi comiserunt cuiuscunque sexus existant uel committere forte contigerit ab excommunicationis uinculo quod propter huiusmodi incurrerunt uel incurrerint etiam infuturũ uobis authoritate præsentium concedimus facultatem. De utilitate uicariorum non inuenio neque de temporali neque de spirituali, nisi Vicarij intelligantur esse socij. De pœna eorum si male fecerunt suum officium supra immediate in præcedenti capitulo & in fine actum est.

De officio cruce signati. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Crucis signo omnes insigniri possunt qui contra hæreticos arma suscipiunt.*

2 *Beneficio cruce signatorum gaudent omnes illi qui effectualiter exequuntur uotum pugnandi contra hæreticos.*



Ertius officialis est cruce signatus. De cruce signatorum authoritate institutione & utilitate eorum spirituali facit mentionem Inno. in priuilegio quod incipit Malitia huius temporis, ubi sic dicitur. Quo circa † discretioni uestræ per apostolica scripta districte præcipiendo mandamus in remissionem uobis pecca-

minum

minum iniungentes, quas in locis ubi contra hæreticos uobis inquisitionis officium est commissum, curetis singuli opportuna iustitia contra eosdem hæreticos eorumque fautores proponere populis publice uerbum crucis, & eos qui tacti zelo fidei ad extirpandam eandem uotum assumpserint crucis caractere consignare, ut autem uobis de prædicatione huiusmodi & fidelibus qui eiusdem crucis ob hoc uotum assumpserint copiose mercedis premium afferant, uobis & eisdem fidelibus illam indulgentiam, illudque priuilegium elargimur, quæ transeuntibus in terræ sanctæ subsidium in generali concilio conceduntur. Et infra scilicet, porro ut non solum inquisitionis uobis super hæretica prauitate commissæ, sed & huius prædicationis officium in manibus uestris congruis fauoribus adiuuetur, absoluendi iuxta formam ecclesiæ omnes qui contra hæreticam prauitatem assumpserint signum crucis ab interdicti, suspensionis, & excommunicationum sententijs, canonis, & præsertim ab illis quas pro incendiis, vel effractionibus ecclesiarum, seu iniectione manuum uiolenta in personas ecclesiasticas incurrerunt, Et alijs quoque sententijs a nobis uel authoritate nostra a uobis generaliter promulgatis, nisi adeo grauis & enormis excessus fuerit personarum quod ab ijs oporteat absolutionis beneficium per sedem apostolicam obtineri.

2 Dummodo † assumpto crucis signaculo uotum huiusmodi qui absoluti fuerint efficaciter prosequantur, & ipsi caueant ꝙ de cætero contra ecclesiam nunquam erunt, & tam ab ipsis quam ab alijs præmissis plena de damnis & iniurijs propter quæ excommunicati noscantur, satisfactio uel satisfaciendi sufficiens securitas impendatur, nec non & dispensandi cum clericis super irregularitatibus quas celebrando diuina leg. summis sententijs canonicis contraxerunt, commutandi quoque uota crucis signatorum uouentium & uotorum qualitate pensata terræ sanctæ uotis aliisque perpetuis quæ commutationis non admittunt remedium dũtaxat exceptis, concedendi quoque cruce signatis eisdem quod tempore generalis interdicti possint interesse diuinis officiis & ecclesiastica sacramenta recipere in locis in quibus eadem ex indulto sedis apostolice celebrantur, dummodo si in præmissis casibus ecclesiasticis tenentur ligati a sententiis prius absolutionis beneficium assequantur uobis & singulis uestrum authoritate præsentium concedimus facultatem.

DE officio & potestate cuiuslibet Rectoris. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Rectores quilibet terrarum tenentur iurare de seruando & seruari faciendo omnes constitutiones officij inquisitionis, sub pœna ut ibid. & numer. 22.*

2 *Gubernantes ciuitates tenentur iurare exterminium & expulsionem hæreticorum.*

3 Regentes *tenentur in initio suorum regiminium publicari facere omnes hæreticos.*

4 *Fratribus prædicatoribus munus inquisitionis specialiter iniunctum est.*

5 *Assessor debet consignari inquisitori, qui ei in omnibus auxilietur in officio. & numer. 14.*

6 *Federici imperatoris constitutio contra hæreticos seruanda est.*

7 *Terra principis negligentis extirpare hæreticos catholicis occupanda conceditur.*

8 *Hæretici ducendi sunt expensis communitatum quocunque iusserint inquisitores.*

9 *Hæretici sunt custodiendi in carcere separato ab alijs.*

10 *Iudex laicus debet hæreticum captum præsentare inquisitori.*

11 *Hæretici sunt cogendi cruciatibus propallare se & socios.*

12 *Rectorum debitum circa notam hæreticorum.*

13 Regentium *officium circa executionem contra bona hæreticorum.*

15 *Bona hæreticorum condemnatorum qualiter diuidantur.*

16 *Venditio bonorum condemnatorum de hæresi qualiter fieri debeat.*

17 *Pœna attentantium contrauenire constitutionibus editis contra hæreticos.*

18 *Statuta contra constitutiones officij inquisitionis sunt abradenda.*

19 *Constitutiones apostolicæ contra hæreticos quomodo, & in quot uoluminibus sunt scribendæ.*

20 Inquisitor *tenetur sindicare suum praecessorem in officio.*

21 *Hæresis crimen mere ecclesiasticum est, & non pertinet ad dominos temporales.*

Quae-


Vartus officialis est potestas & quilibet rector quorum officium ponitur & in constitutionibus Clementis, & in 6. decretal. satis perfecte, licet Imperator aliqua etiam tangat. & Gregorius & Alexander & Innoc. etiam tangunt. Ea autem q̃ facere debent potestates & alij rectores ponentur non sub illo ordine quo scribuntur sed sub alio ordine ut melius memoriæ commendentur Clemens enim sic scribit potestatibus, & rectoribus, consulibus, Antianis, Consiliis, & communitatibus ciuitatum aliorumque locorũ per Italiam constitutis. Vniuersitati uestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus singuli constitutiones nostras cum quibusdam adiectionibus modificationibus, & declarationibus per dictum Alexandrum prędecessorem nostrum &c. per nos factas conscribi in uestris capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas secundum eas contra omnem hæresim se aduersus sanctam hanc ecclesiam extollentem sine ommissione aliqua procedatis, Alioquin dilectis filiis prædicatorum & minorum ordinum fratribus inquisitoribus hæreticæ prauitatis; & eorum singulis per Italiam deputatis authoritate sedis apostolicæ & in posterum deputandis damus nostris literis in mandatis ut infra designatos eis limites singulos uestrum ad id per excommunicationem in personas & interdictum in terram appellatione remota compellant.

1 Statuimus† ut potestas, capitaneus, seu rector, seu consules, seu quiuis alij qui ciuitati præsunt, uel loco alij ad p̄sens aut pro tempore præfuerint in futurum in italia, iurent præcise ac sine tenore aliquo attendere inuiolabiliter & obseruare & facere ab omnibus obseruari toto tempore sui regiminis tam in loco uel ciuitate quam in terris suæ iurisdictioni subiectis omnes & singulas infrascriptas constitutiones, & super iis præcise seruandis recipere a quibuslibet sibi in potestaria uel regimine succedentibus iuramenta. Quæ qui præstare noluerint pro potestate capitaneo seu consule uel rectore nullatenus habeatur, & quæ ut potestates capitanei cõsules uel rectores fecerit nullã penitus habeant firmitatem nec ullus teneatur aut debeat sequi eos. etiam si de sequella præstanda eis præbuerit iuramentum.

2 Statuimus† etiam hoc ædicto in perpetuum ualituro, ut potestas seu consules & rectores quibuscunque funguntur officijs, pro defensione fidei præstent publicum iuramentum, q̧ de terris suæ iurisdictioni subiectis uniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos bona fide pro uiribus exterminare studebunt, ita q̧ ammodo, & omnino, quandocunque quis fuerit in perpetuam potestatem assumptus hoc teneatur iuramento firmare, alioquin nec pro potestatibus nec pro consulibus seu consimilibus habeantur

habeantur, eorumque sententias ex tūc decernimus inutiles & innanes.

3 Idem † quoque potestas, & capitaneus, consules, rector, uel quiuis alij ad regimen cuiuslibet ciuitatis uel loci assumpti in principio sui regiminis in publica concione more solito congregata banno Ciuitatis uel loci supponant tanq̃ pro maleficio omnis sexus utriusque hæreticos, quocunque nomine censeantur, & teneantur bannum huiusmodi a suis prædecessoribus positum confirmare, præcipiant etiam ꝙ nullus hæreticus uel hæretica de cætero habitet, uel moretur, aut subsistat in ciuitate seu aliquo iurisdictionis suæ loco, aut districtus eiusdem.

4 Ad hoc † notāter fieri uolumus fratres prædicatores de ordine prædicatorum pro fidei negotio in partibus Imperij nostri contra hæreticos deputatos, cæteros quoque qui ad hæreticos iudicandos accesserint, nisi aliqui eorum ab imperio fuerint perscripti, eundo, morando, & redeundo, sub nostri Imperij speciali defensione receptos, & quos apud omnes sub opere ac recomendatione fidelium Imperij esse uolumus inoffensos. Vniuersitati uestræ mandantes quatenus quocunque & apud quemcunque uestrum peruenerint benigne recipiatis, eisdem omne consilium ducatum & auxilium impendatis pro tam receptis coram Deo negotijs exequendis. Hæreticos uero quos ostenderint uobis in iurisdictione uestra singuli capientes diligenti custodia detinendos donec per ecclesiasticæ damnationis iudicium pœnam subeant quam merentur.

5 Teneatur præterea † potestas, seu rector, uel quiuis alius huic regimini præsidens, unum de assessoribus suis quem elegerit, diœcesano, si fuerit præsens, & inquisitoribus, seu inquisitori prædictis authoritate sedis apostolicæ deputatis mittere cum eis quandocunque uoluerint in iurisdictione ciuitatis uel loci, ac eius districtu, qui assessor, secundum ꝙ prædictis inquisitoribus seu inquisitori uisum fuerit, ibi tres aut plures boni testimonij uiros uel totam uiciniam si eis uidebitur iurare compellat ꝙ si quos ibidem hæreticos sciuerint, uel bona eorum, uel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu a communi conuersatione fidelium uita & moribus discedentes, uel credentes, aut defensores, seu receptatores, uel fautores hæreticorum, eos dictis inquisitoribus siue inquisitori studeant indicare.

6 Ipsi autem † potestates consules, seu rector, & quicunque alij regimini præsidentes, purgare teneantur ab hæretica feditate ciuitatem uel locū cui præfuerint, totamque terram uel districtum suæ iurisdictionis secundum leges per.q. Federicum olim Romanorum Imperatorem tūc in deuotione Romanæ Ecclesiæ persistentem Paduæ promulgatas contra hæreticam prauitatem, & earum tenores facere annotari in suis capitulari-

bus,

bus, nullis temporibus abolendis.

7 Si uero dominus † temporalis requisitus & monitus ab ecclesia terrã suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate post annum a tempore admonitionis elapsum, terram ipsius exponimus catholicis occupandã, qui eam exterminatis hæreticis absque ulla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruent, saluo iure domini principalis, dummodo super hoc nullum pręstet obstaculum, neque aliquod impedimentum apponat, eadem nihilominus lege seruata contra eos qui non habent dominos principales.

8 Teneantur autem † potestas, capitaneus, Consul, seu rector, uel alij ad huiusmodi regimen deputati quilibet in expensis communis cui præest facere duci eosdẽ hæreticos ita captos quocunque diœcesano uel eius uicario seu inquisitorib. uel inquisitori prædictis iurisdictionẽ uel districtum diœcesano Episcopi seu ciuitatis uel loci placuerit illos duci.

9 Teneãtur insuper † potestas, capitaneus, cõsul seu rector uel alij oẽs hæreticos & hæreticas qui capti amodo fuerint custodiri facere sub expensis communis uel loci cui præsunt per uiros catholicos ad hoc electos p diœcesanũ si præsens fuerit, uel ab inquisitoribus seu inquisitore in aliquo speciali carcere tuto & securo, in quo ipsi soli teneantur seorsum a latronibus & bannitis, donec de ipsis fuerit diffinitum.

10 Teneantur insuper † potestas, capitaneus, consul, seu rector uel alij hmõi cum bono & securo comitatu omnes hæreticos quocunque noĩe censeantur infra dies xij. postq̃ capti fuerint diœcesano uel eius spirituali uicario uel hæreticorum inquisitoribus uel inquisitori præsentare pro examinatione de ipsis & eorum hæresi facienda.

11 Teneantur præterea † potestas, capitaneus, consules, uel alij huiusmodi omnes hæreticos quos captos habuerint cogere, citra membri diminutionem & mortis periculum, tanq̃ uere latrones & homicidas animarum, & fures sacramentorũ Dei, & fidei Christianæ errores suos expresse fateri, & accusare alios hæreticos quos sciuerint, & bona eorũ & credentes, & receptatores, & defensores eorum, sicut coguntur fures & latrones rerum temporalium accusare suos complices, & fateri maleficia quæ fecerint, damnatos uero de hæresi per diœcesanũ uel eius uicarium seu inquisitores uel inquisitorem prædictos potestas cap. uel alij eorũ supradicti uel eius seu eorum Nuntius specialis animaduersione debita puniendos sibi relictos statim recipere teneantur.

12 Teneantur insuper † potestas, capitaneus, consul, seu rector. uel quiuis alius præsidens regimini ciuitatis uel loci nomina istorum omniũ qui de hæresi fuerint diffamati seu infamati uel banniti in diuersis libellis

unius tenoris facere annotari, quorum unum commune ciuitatis uel loci habeat, alium dioec. & tertium fratres prædicatores, & quartum fratres minores. Et ipsorum nomina ter in anno in concione publice solemniter faciat recitari.

13 Teneantur insuper potestas ciuitatis, rector, seu quiuis loci quocunque uocabulo nuncupetur in destructione domorum, & condemnationibus faciendis, & in rebus inuentis uel occupatis consignandis & diuidendis, de quibus superius dicitur, infra xx. dies post accusationem seu denuntiationem factam hæc omnia exequi cum effectu, & condemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menses exigere & diuidere illa sicut inferius continetur.

14 Insuper teneantur potestas & capitanei unũ de assessoribus suis quẽcunque dioec. uel eius uicarius & dicti inquisitores seu inquisitor hæreticorum uoluerint ad hæc peragenda fideliter assignare & mutare pro tempore licis uisum fuerit, opportunum. Omnes autem condemnationes uel pœnæ quæ occasione hæresis factæ fuerint nec per contionem, nec per consilium, nec ad uocem populi ullo modo aut ingenio aliquo tempore ualeant relaxari.

15 Teneantur insuper potestas, capitaneus, consul, seu quiuis alius rector omnia bona hæreticorum & receptatorum eorum, quæ per dictos officiales fuerint occupata seu inuenta, & condemnationes pro ijs exactas, nec non & lignamina, lapides, & tegulas domorum & Turrium, quæ occasione hæresis destruentur, & bona tam mobilia q̃ immobilia quæ eadem occasione confiscabuntur diuidere tali modo ut una pars ueniat in commune ciuitatis seu loci secunda pars in fauorem & expeditionẽ officij, & detur officialibus qui tunc negotia ipsa peregerunt. Tertia ponatur in aliquo loco tuto secundum quod dictis dioec. & inquisitoribus uel inquisitori uidebitur, reseruanda & expendenda per consilium eorundem in fauorem fidei, & ad hæreticos extirpandos non obstante in contrarium statuto aliquo condito uel condendo.

16 Teneatur prætereá potestas, uel rector ciuitatis uel loci alterius, uendere bona fide cum consilio & assensu inquisitorum uel inquisitoris bona quæ confiscantur occasione hæreticæ prauitatis infra tres mẽses post confiscationes huiusmodi quod si non fecerit præmissas pœnas eo ipso incurrant, & nihilominus inquisitores uel inquisitor libere ista uendere ualeant requisito consilio dioec. uel eius uicarij si præsens non fuerit, & duorum fratrum prædicatorum & totidem minorum ordinũ, quos prior & Guardianus si conuentus ibidem fuerint eorundem ordinum ad hæc duxerint eligendos, & emptores bonorum ea libere ac licite habeant

& pos-

& possideant, & uerum ipsorum dominium per emptionem huiusmodi transferatur ad ipsos.

17 Si quis † autem de cætero aliquod istorum statutorum seu constitutionum attemptauerit delere, diminuere, uel mutare, sine authoritate sedis apostolicę speciali; potest Capitaneus seu consul aut alius quiuis rector qui pro tempore fuerit in illa ciuitate uel locū tenenat eū tanquam defensorem hæreticorum publicum, & fautorem secundum formā præscriptam perpetuo publice infamare, atque punire in libris. l. prouenię. uel in pecunia numerata, quam si exigere non poterit, eum maleficii banno supponat, de quo eximi non ualeat nisi soluerit duplam dictę pecunię quantitatem.

18 Cæterum † teneantur potestas seu Capitaneus, cōsul, aut quiuis rector cuiuslibet ciuitatis & loci delere seu abradere penitus de statutis & capitularibus communis quęcunque statutum conditum uel condendum inueniat cōtradicere istis constitutionibus seu statutis & legibus memoratis quolibet obuiare. Et in principio & in medio sui regiminis hæc statuta seu constitutiones & leges in publica concione solemniter facere recitari, & etiam in aliis locis extra ciuitatem suam seu locum sicut diœcesano seu inquisitoribus siue inquisitori uidebitur expedire.

19 Porro † hæc omnia statuta siue constitutiones & leges præfatæ, & si quæ aliæ contra hæreticos & eorum complices tempore aliquo authoritate sedis apostolicæ conderentur, in quatuor uoluminibus unius tenoris debeant contineri, quorum unum sit in statuto communis cuiuslibet ciuitatis uel loci, secundum apud diœcesanum, tertium apud fratres prædicatores, quartum apud fratres minores cum omni sinceritate seruentur ne possint per falsarios in aliquo uiolari.

20 Teneatur sane † potestas, siue Cap. consul, seu quiuis rector infra. 12. dies sui regiminis sindicare precedentem proximum potestatem, Cap. consulum, uel rectorem, & eius etiam assessores per tres uiros catholicos & fideles, quos infra tres dies regiminis supradicti eligant una cum diœcesa. fratres prædicatores & minores a suis priore & guardiano pariter assignati, seu inquisitores uel inquisitor hæreticæ prauitatis de omnibus ijs quæ in statutis istis seu constitutionibus & legibus antedictis contra hæreticos & eorum complices continentur, & punire eos si excesserint in omnibus & singulis quæ ommisierint, & cogere & restituere de propria facultate, non obstante si per aliquam licentiam consilij uel alterius cuiuslibet a sindicatione fuerint absoluti. Iurabunt autem prædicti tres uiri bona fide sindicare præfatos de omnibus supradictis. Supradicta autem omnia quasi tangit Bonifacius Octauus cum dicit breuiter,

ut inquisitionis negotium contra hæreticam prauitatem ad Dei gloriā, & augmentum fidei nostris temporibus prosperetur leges quasdam per Fed. olim Ro. Imperatorem tunc in deuotione Ro. persistentem ecclesię promulgatas, quatenus Dei & ecclesiæ sanctæ suæ honorem promouēt & hæreticorum exterminium prosequuntur, & statutis canonicis nō obsistunt, approbamus & obseruari uolumus, uniuersos similiter ptātes & dominos temporales, ac prouintiarum terrarum ciuitatum aliorumque locorum rectores, quibuscunque dignitatibus uel officiis aut nominibus censeantur requirimus & monemus, ut sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defensione fidei diœcesis Episcopis, & inquisitorib. hæreticæ prauitatis a sede apostolica deputatis, aut in posterum deputandis pareant, & intendant in hæreticorum credentium fautorum, receptatorum, & defensorum ipsorum inuestigatione, captione, ac custodia diligenti, cum ab eis fuerint requisiti, ut præfatas personas pestiferas in potestatem seu carcerem ipsorum inquisitorum prædictorum, uel ad locū de quo ipsi uel aliqui ex eis mandauerint in eorundem dominium uel potestatem districtum ducant uel duci faciant sine mora, ubi per uiros catholicos a præfatis episcopis seu inquisitoribus uel eorum aliquo deputatis sub arcta & diligēti custodia teneantur, donec eorum negotium per ecclesiæ iudicium terminetur, utque de hæresi a diœcesis Episcopo uel inquisitore seu inquisitoribus condemnatos, præfati potestates, & domini temporales, seu rectores, uel eorum officiales, seu nuntij sibi relictos statim recipiunt indilate animaduersione debita puniendos, nec obstantibus appellationibus seu proclamationibus prædictorum nequitiæ filiorum, cum tam secundum ordinationem prædecessorum nostrorum q̄ secundum legem imperialem, appellationis & proclamationis beneficium expresse sit hæreticis, & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defensoribus interdictum.

21 Prohibemus † quoque districtius potestatibus, & dominis temporalibus, & rectoribus, eorumque officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine cum mere sit ecclesiasticum quoquo modo cognoscāt uel iudicent seu captos pro eodem crimine absque dictorum episcoporum seu inquisitorum, aut saltem alterius eorundem licentia uel mandato a carcere liberent, aut executionem pro huiusmodi crimine a diœc. seu inquisitoribus uel inquisitore iniunctam, prout ad suum spectat officium facere siue adimplere detrectent, uel alias diœcesani aut inquisitorum iudicium sententiam seu processum directe uel indirecte impedire præsumant.

22 Statuimus † insuper, ut potestas capit. seu rector, uel consules, seu aliqui alij qui ciuitati præsunt uel loco alteri ad præsens uel præfuerint in futurum,

futurum, ad requisitionem dyocesani uel uicariorum suorum, seu inquisitorum hæreticæ prauitatis iurent præcise attendere inuiolabiliter obseruare, ac facere a suis subditis obseruari toto tẽpore sui regiminis in terris suæ iurisdictioni & regimini subiectis constitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, ipsorumque filios & nepotes à sede apostolica promulgatas ac approbatas, quas qui iurare noluerit seruare, est infamis, & tanq̃ hæreticorum fautor, & de fide suspectus officio & honore sui regiminis spolietur, nec ulterius potestas, capit. consul, uel rector habeatur, aut ad aliquam dignitatem uel officium publicum de cętero assummatur. Et quæ ut potestas consul uel rector fecerit nullam obtineant firmitatem. Clemens uero in constitutionibus sic dicit, q̃ si potestas cap. uel alius prædictorum constitutiones ipsas & singula in eis contenta seruare noluerit uel neglexerit, præter notam periurij & perpetuę iacturam infamiæ, ducentarum marcharum pœnam incurrat, quæ irremissibiliter exigantur ab eo, & in utilitatem communis cui præest integre conuertantur, & nichilominus ut periurus, & infamis, & tamquam hæreticorum fautor de fide suspectus officio & honore sui regiminis spolietur, nec ulterius potestas, Cap. consul, seu rector habeatur in aliquo, aut de cętero ad aliquam dignitatem uel officiũ publicũ nullatenus, assummatur, sed Bonifacius in 6. Decret. sic etiam dicit, si quis uero de prædictis potestatibus dominis temporalibus, rectoribus uel eorum officialibus, seu alijs contra prædicta fecerit, aut in præfato fidei negotio præfatis dyocesa. episcopo uel inquisitoribus se opponere forte præsumpserit, uel ipsum aliquatenus impedire, necnõ & qui scienter in prædictis dederit auxilium consilium uel fauorem, excommunicationis se nouerit mucrone percussum, quam si per annum animo substinuerit pertinaci, extunc uelut hæreticus condemnetur.

De officialibus officij inquisitionis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Officiales officij inquisitionis qui & à quo constituantur.*

2 *Officiales inquisitionis quanto tempore durent.*

3 *Officialibus inquisitionis plena fides adhibetur in omnibus quæ ad eorum officium pertinent.*

4 *Officialium seu nuntiorum inquisitionis facultas & obligationes, & numero 5.*

6 *Officialibus inquisitionis quilibet debet ferre auxilium ad capiendos hæreticos.*

7 *Officium inquisitionis à nullo debet impediri.*

Ultimi officiales officij inquisitionis sunt notarii, officiales, & seruitores, qui quidem † debent sic institui à potestate, sicut di
1 cit Clemens, Idē quoq; Cap. ptās cōsules seu rector uel quiuis alii, infra octo dies post introitum sui regiminis duodecim uiros probos & catholicos, ac duos notarios, & duos seruitores uel quotquot fuerint necessarii instituere teneantur, quos dyocesanus si præsens extiterit & interesse uoluerit, & duo fratres prædicatores, & duo ordinis minorum ad hoc à suis prioribus & guardianis, si conuentus ibi fuerit, eorundem ordinum, deputati, seu per inquisitores uel inquisitorem prauitatis hæreticæ eligendos.

2 Ipsorum † autem officium duret tantummodo per sex menses, quibus completis, potestas uel quicunque ipsius ciuitatis, uel loci regimini præfuerit teneantur totidem subrogare officiales secundum formā præscriptam, qui prædictum officium secundum eandem formam in aliis sequentibus sex mensibus exequantur. Potestas uero militem suum uel alium assessorem si dyocesanus uel eius Vicarius aut inquisitores uel inquisitor authoritate sedis apostolicæ deputati seu dicti officiales petierint, cum dictis uel ipsis officialibus mittere teneantur, & cum ipsis eorum officio fideliter exercere.

3 Officialibus † uero prædictis plena fides de iis omnibus adhibeatur q̄ ad eorum officium pertinere noscuntur sine aliquo specialiter præstito iuramento, probatione aliqua in contrarium non admissa. Instituti autē & electi posint & debeant hæreticos & hæreticas capere, & eorum bona eis auferre, & facere auferri per alios, & procurare q̄ tā in ciuitate, quàm in alio loco, q̄ in tota iurisdictione eius atque districtu plenarie adimpleantur, & eos ducere aut duci facere in potestatē dyocesani, uel eius
4 vicarii, seu inquisitoris. Et quicunque † ipsum uel ipsam inuenerint libere capiat & capere posit impune, & omnes res mobiles ipsius uel ipsorū penes eos inuentas eis liceat auferre, qui sint auferrentium pleno iure, nisi auferrētes huiusmodi sint ad hoc officium specialiter deputati. Porro cum officiales huiusmodi eliguntur iurent hæc omnia exequi fideliter, & pro posse, ac super iis meram dicere ueritatem, quibus ab omnibus in iis quæ ad officium eorum pertinent plenius pareatur, & tam dicti. xii. quam seruitores, & notarii prætaxati simul & diuisim plenariam præcipiendi sub pœnis & bannis taxatis & expresis in con-

stitutionibus infrascriptis, quæ ad officium pertinent, habeant potestatem.

5 Pōt autem † officiales prædicti cōmunitati castri seu burgi uel uillæ præcipere sub pœna & banno usque ad ducentas marchas argenti & ultra ad arbitrium potestatis seu rectoris ciuitatis uel loci in cuius districtu uel iurisdictione fuerint, q̄ potestati, seu rectori, uel dyocesano, aut eius vicario seu inquisitoribus aut inquisitori præsentēt infra præfigendum eis terminum cōpetentem oēs hæreticos & hæreticas quos & quas sibi dicti officiales duxerint assignandos, & potestas seu rector a non seruantibus præceptum, pœnam, uel bannum exigere teneatur.

6 Quilibet etiam † si præsens fuerit in terra uel requisitus fuerit, teneat tam in ciuitate q̄ in iurisdictione & districtu quolibet, dare ipsis officialibus & eorum sociis consilium & iuuamem quando uoluerint hæreticū uel hæreticā capere, uel spoliare, seu domum, uel locum, aut additum alicuē intrare pro hæreticis capiendis sub librarū. xxx. prouenič. uel pœna uel banno, uniuersitas autem castri uel burgi sub pœna & banno librarum quinquaginta, villæ uero, xxv. prouenienduni, uel pro qualibet uice soluenda in pecunia numerata.

7 Potestas † autem, uel Cap. consules, seu rector, uel alij huiusmodi quocunque uocabulo censeantur, teneantur habere firma & rata omnia præcepta quæ occasione officij sui fecerint duo ex ipsis seu plures & pœnas exigere non seruantium. Sed ad nullum aliud quam ad istud officium impediat uel impedire possit, nec ad aliud ullo modo officium compellatur, nullum etiam statutum conditum uel condendum eorum officium ullo modo ualeat impedire.

De utilitate officialium inquisitionis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Salarium quale constituatur officiali exeunti pro agendis pertinentibus ad eius officium.*

2 *Dammum passum ab officialibus inquisitionis occasione sui officij illis resarciri debet.*

3 *Officiales inquisitionis quas utilitates spirituales consequantur.*

Dicto de officio & authoritate officialium, dicendum est de eorum utilitate & temporali & spũali, & primo de temporali.
1 Sane ipsis officialibus † dentur de camera communis prædicti quando exiuerint ciuitatem uel locum pro hoc officio exequendo unicuique pro qualibet die duo sol. prouen. senatus uel in pecunia numerata, quos potestas, Cap. consules, uel rector, uel alius hmõdi teneatur eis dari facere infra diem tertium postquam redierint ad eandem ciuitatem uel locum, & insuper habeant tertiam partem bonorum hæreticorum & receptatorum quæ occupauerint, & mulctarum ad quas fuerint condemnati secundum quòd inferius continetur, & hoc salario sint contenti.

2 Quod † si dictis officialibus aliquo tempore aliquod damnum contigerit in personis uel in rebus pro suis officijs exequendis à communi ciuitatis vel loci per restitutionem plenariam seruentur indemnes, nec ipsi officiales uel hæredes eorum possint aliquo tempore conueniri de ijs quæ fecerint uel pertinent ad eorum officium, nisi secundum quòd eisdem diocesano, & inquisitoribus uel inquisitori uidebitur expedire.

3 De utilitate † spirituali scribit autem Clemens in principio priuilegii. licet ex omnibus, dicens, socijs uero fratribus uestri ordinis, & notarijs uestris, qui uobiscum in prosecutione huius negotij laborabunt, & omnibus qui personaliter uobis astiterint in eodem negotio, & ad impugnandum hæreticos fautores, receptatores, & defensores eorum uobis ex animo præstiterint consiliũ auxilium uel fauorem, de omnipotẽtis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, tres annos de iniunctis sibi pœnitentijs relaxamus. Et si qui ex ijs in prosecutione huius negotij forte decesserint eis peccatorum omnium de quibus corde contriti & ore confesi fuerint plenam ueniam indulgemus.

De pœna officialium malitiose & negligenter exercentium. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Officialis inquisitionis malitiose exercens suum officium ammoueri debet & à quo.*
2 *Testium receptio in crimine hæresis qualiter fiat.*
3 *Notarij si fiant religiosi possunt exercere officium notariatus in pertinentibus ad fidem.*

DICTO de utilitate temporali et ſpirituali officialium nunc
dicendum eſt de eorum pœna ſi maliçioſe & negligenter ſe
1 habuerint. Vnde Clemens in conſtitutionibus ſic ſcribit, Et ſi
quis † eorum officialium propter ineptitudinem uel inertiam
ſeu occupationem aliquam uel exceſſum. dioceſ. & fratribus ſupradictis
uiſus fuerit amouendus, ad mandatum uel dictum eorum teneantur eũ
ammouere poteſtas Cap. uel quiuis alius prædictorum, & alium ſecun-
dũ formam præſcriptam ſubſtituere loco eius. Quod ſi quis eorum cõ
tra fidem & ſinceritatem officij ſui in fauorem hæreſis deprehenſus fue-
rit exceſsiſſe, præter notam infamiæ perpetuæ quam tanquam fautor hę
reticorum incurrerit, per poteſtatem Capitaneum conſules vel rectorẽ
ſeu alium ſimilem ad dioceſani, & dictorum fratrum inquiſitorum ſeu
inquiſitoris arbitrium puniatur. de iis aũt quæ ad notarios pertinẽt mul-
ta ſcribuntur in ſexto decretalium, & etiam alibi reperiuntur, ſic ſcribi-
2 tur in capitulo, ut officium inquiſitionis. Verum † quia in tam graui cri
mine, cum multa oportet cautela procedi, ut in eos ſine ullo proferatur
errore dure & digne ſeueritas ultionis, uolumus & mandamus, ut in exa
minatione teſtium quos recipi ſuper crimine prædicto ipſumque con-
tingentibus oportuerit adhibeatis duas religioſas & diſcretas perſonas
in quarum præſentia per publicam, ſi poteſtis habere perſonam, aut per
idoneos duos uiros fideliter eorundem depoſitiones teſtium conſcriban-
tur. ad ſcribendum quoque huiuſmodi depoſitiones teſtium, & ad faciẽ
dum omnia quæ in commiſſo uobis officio ad ſcriniarij ſeu tabellionis
officium pertinent teneri diſtricti præcipimus, cum per uos fuerint re-
quiſiti omnes & ſingulos ueſtri ordinis fratres qui dum eſſent in ſeculo,
huius tabellionatus officium habuiſſe & exercuiſſe noſcuntur. Et illos &
quibus illud tabellionatus officium ratione præfati officij fidei fuerit a
3 dicta ſede commiſſum & in poſterũ committetur. Concedentes † huiuſ
modi fratribus necnon & aliis religioſis quibuſlibet qui ſimiliter dũ eſ-
ſent in ſeculo dicti tabellionatus officium habuerint & exercuerint, qui-
buſuis clericis ſecularibus officium ipſum habentibus, & ſi idem fratres,
religioſi clerici ſint in ſacris ordinibus conſtituti, exercendi libere offi-
cium ipſum quo ad præmiſſa non obſtante ſtatuto aliquo contrario ca-
nonum uel ordinum quocunque uallato munimine poteſtatem.

De hæreticis, credentibus, Receptatoribus, fautoribus, & defenſoribus. Rubrica.

SUMMARIUM.

1 *Hæreticus quis sit, ex Beato Hieronimo.*
2 *Authoritas Beati Hieronimi circa diffinitionem hæretici declaratur.*
3 *Hæreticus quis esse dicatur ex beato Augustino.*
4 *Christianus quilibet tenetur scire præcepta decalogi, quæ fundantur super iure naturali.*
5 *Offensio omnis prohibita est iure naturali.*
6 *Excusatio non admittitur in concernentibus præcepta naturalia & decalogi.*
7 *Prædicans scienter contra ea quæ tenet ecclesia punitur de hæresi.*
8 *Credentes hæreticis qui sint.*
9 *Singula quæ non prosunt multa collecta iuuant.*
10 *Credentes hæreticis qui proprie dicantur.*
11 *Hæreticis alimenta & similia præbentes quando non dicantur fautores.*
12 *Suspitio uehemens non facit ad condemnandum etiam in crimine hæresis.*
13 *Audiens prædicationes hæreticorum quando dicatur illis credens.*
14 *Receptatores hæreticorum qui dicantur.*
15 *Defensores hæreticorum qui dicantur.*
16 *Fautores hæreticorum in duplici sunt differentia.*
17 *Hæreticum excusans, uel pro ipso aduocans quando dicatur ei fauere.*
18 *Prælati nolentes facere carceres & alia quæ ad promotionem officij inquisitionis pertinent an dicantur fautores hæreticorum.*

INcipit secundus tractatus de hæreticis, credentibus, receptatoribus, fautoribus, & defensoribus, & primo dicendum est qui sunt hæretici credētes, & receptatores, defensores, & fautores. Secundo dicendum est de eorum pœnis. Igitur sciendum
1 quod sicut dicit Beat. Hiero. Hæreticus potest appellari qui aliter sacram scripturā intelligit q̄ sensus spiritus sancti flagitat à quo scripta est. Beatus autem Aug. dicit q̄ hæreticus est qui alicuius temporalis cōmodi & magis gloriæ principatusque sui gratia nouas ac falsas opiniones uel gignit uel sequitur. Glo. uero super hoc dicto Beati August. & est in xxiiii. q. tertia. cap. Hæreticus est. sic dicit, hæreticus est ergo qui scienter contra fidem catholicam prædicat, licet quod dicit uerum esse non credat, Propriè autem hæreticus dicitur qui contra fidem credit, cuius

us autem hæc glosa fuerit ignoro sed eam inueni in decreto fratrum prædicatorum de Padua.

2 Ad euidentiam † autem authoritatis Beati Hieronimi, sciendum est, ꝙ Apostolus dicit ad hæbreos, ꝙ accedentem ad Deum oportet credere quia est, & ꝙ inquirentibus se remunerator sit, oportet igitur credere quia est Deus trinus & unus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & per consequens perfectiones suas. s. eius potentiam infinitam sapientiam & bonitatem, item oportet credere ꝙ inquirentibus se remunerator sit, quia ipse est remunerator bonorum & malorum, & per cõsequens oportet credere etiam quæ ordinantur ad prædictam remunerationem, quæ est gloria uitæ æternæ, opus enim creationis siue naturæ, & opus recreationis siue gratiæ ordinatur ad opus glorificationis siue gloriæ æternæ, & prædicta omnia manifestantur in sacra scriptura quæ fuit reuelata a Deo, siue a Spiritu Sancto, unde Beatus Petrus dicit, non enim uoluntate humana aliquando fuit allata prophetia sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt Sancti Dei homines. Vnde apostolus prima ad Cor. 7. puto autem ꝙ ego Spiritum Dei habeam, nam ꝙ a Spiritu Sancto dicitur Deo inspirante suadetur. 28. q. 1. sic enim, post principium. uers. quoniã. Vndeq; oportet credere ꝙ omnia quæ manifestantur in sacra scriptura, q̃ secundum expositionem & doctrinã ecclesiæ pertinent ad prædicta uel reducũtur sint uera; & quicunque non crederet ꝙ omnia quæ pertinent ad prædicta quæ manifestantur in sacra scriptura secundum expositionem & doctrinam ecclesiæ quæ regitur a Spiritu Sancto esse uera esset hæreticus, & sic supra intelligit Beatus Hieronimus.

3 Vnde etiam dicit † Beatus Augustinus, qui ut dictum est superius dicit, ꝙ hæreticus est quicũque alicuius temporalis commodi & maxime gloriæ principatusque sui gratia nouas ac falsas opiniones uel gignit uel sequitur, uel gignit ut hæresiarcha uel sequitur ut sequaces eius. sicut sunt alij hæretici & credentes sui, qui etiam hæretici iudicantur. Ad euidentiam autem authoritatis Beati Augustini & glosæ superius allegatæ præsciendum, ꝙ aliqui hæretici quando prædicauerint & locuti sunt hæretica excusant se ꝙ non sic credebant, nec sic credunt, aliquando uero dato ꝙ sic crediderint & scienter locuti fuerint contra fidem, tamen nõ pertinaciter errorem defendunt, sed parati sunt credere quod credit ecclesia, ad quæ breuiter respondendum est, & sciendum prius, ꝙ quilibet Christianus quando peruenit ad annos discretionis & ad perfectam ætatem, tenetur scire quam citius potest articulos fidei Christianæ, & maxime illos articulos de quibus facit festum & solennizat ecclesia, nec aliquis Christianus potest se excusare qui habitat ubi festum fit ab ecclesia de

sia de prędictis, sicut est festum de incarnatione & natiuitate filij Dei Iesu Christi ex uirgine, & de passione, & morte eius, & de resurrectione, & ascensione eius, & Spiritus Sancti missione, & de trinitate, & corporum resurrectione, & æterna beatitudine. quæ omnia a pueris Christianorum etiam ante annos discretionis non totaliter ignorantur.

4 Item eodem †modo tenetur quilibet Christianus quantum ad sententiam scire præcepta decalogi quæ fundantur super principiis iuris naturalis, primum autem principium iuris naturalis est, ꝙ bonum est appetendum & malum fugiendum, item omnes homines naturaliter scire desiderant inquantum rationales, secundum etiam ꝙ dicit philosophus, & maxime scire desiderant quid est illud quod est principium mundi, & gubernator eius, & dominus, & cognito siue per scientiam siue per fidem ꝙ Deus est, statim homo iudicat naturaliter ꝙ homines debent ei esse fideles, & non proditores, quod pertinet ad primum præceptum. Secundo ꝙ debent ei exhibere reuerentiam & honorem, & non uituperium & irreuerentiam, quod pertinet ad secundum præceptum. Tertio iudicat homo naturaliter ꝙ aliquãdo debent homines se ipsos deputare ad Dei obsequium, & eius cultum, quod pertinet ad tertium præceptum. Item homo est naturaliter socialis alias & politicus. philosophus in lib. politicorum. unde homo naturaliter desiderat quod bonum est uitare offensas sociorũ & proximorũ, & bonũ est recognoscere beneficia recepta, unde naturaliter iudicat homo ꝙ debet recognoscere beneficia parentum, & eos honorare, quod pertinet ad primum præceptum secundæ tabulæ.

5 Item naturaliter †homo iudicat ꝙ nullus hominum debet offendere proximos neque in persona nec in rebus neque in fama, ꝙ pertinet ad alia præcepta, & idcirco nullus Christianus qui sit perfectę ætatis & conuersatur inter Christianos debet ignorare articulos fidei de quibus solennizat ecclesia, nec debet ignorare præcepta decalogi quantum ad sententiam, quia fundantur super ius naturale hominis in quantum homo est animal rationale. unde si de prædictis se excuset hæreticus uel ab alio excusetur, ꝙ licet docuerit uel dixerit quod non sit peccatum facere cõtra præcepta dicti decalogi, ꝙ hoc dixit ignoranter credens bene dicere, non est ei credendum, nec excusatio recipienda. Si uero aliquis dixerit aliquid quod sit contra sacram scripturam, maxime contra illa quæ pertinent ad fidem siue ad bonos mores, licet ea contra quæ dixit non debebant esse ita nota omnibus Christianis sicut illa quæ prædicta sunt excusat se ꝙ ignoranter dixit, credens bene dicere, & dicens se esse paratũ ad credendum ea quæ credit Sancta Mater Ecclesia, tunc considerandũ

est si

est si est uerisimile ꝙ uerum dicat, quia aliter tenentur scire, & sciunt illa quæ pertinent ad fidem magistri prælati & magistri in theologia, & aliter alij inferiores, aliter prædicatores, aliter seculares intelligẽtes, & qui continuant prædicationes, aliter seculares rustici & ignorantes, & sic secundum adiectiones & circunstantias eorum qui de hæresi examinantur recipienda est excusatio.

6 Secundo dato † ꝙ scienter prædicauerint uel dixerint contra fidem & bonos mores adhuc excusant se & excusantur ꝙ non crediderũt nec credunt errores quos prædicauerunt & dixerunt contra fidem & bonos mores, & sic se excusauit Dulcinus, qui fuit magnus hæresiarcha dicens ꝙ ea quę prędicauerat & docuerat ꝯ fidẽ & bonos mores, dixerat, nõ quia sic crederet, sed propter multa commoda, & delectabilia temporalia, & propter uanam gloriam, & propter dominium quod ex tali doctrina habebat, & nichilominus relictus fuit iudicio seculari, & ideo dicendũ est, ꝙ aut ille qui prædicat uel dicit errores contra fidem & bonos mores dicit seriose & scienter, uidelicet quia pro certo scit ꝙ contrarium tenet ecclesia, aut dicit ex læuitate, uel ex ira, & ex turbatione, uel sine deliberatione, si dicit scienter & seriose non est recipienda excusatio, quia homines uident quæ foris apparent, Deus autem intuetur cor, unde si dicunt propter aliquod commodum temporale, uel uanam gloriam, uel propter aliquod dominium prædicauerunt & dixerunt errores, non propter hoc sunt excusati, sed puniendi, dato etiam ꝙ uerum dicant, ex quo scienter & seriose locuti sunt contra fidem, & sic fuit punitus Dulcinus, sic etiam insinuauit Beatus Augustinus in authoritate superius allegata, & illa glo. super dicto suo sic exponit. Si uero dicit quis ꝙ ex læuitate uel ex ira, ioco, & turbatione, & sine deliberatione docuit uel dixit aliquid contra fidem, tunc ipse reus debet probare prædicta & perfecte, & inquisitor debet prædicta diligenter inuestigare, & non debet esse facilis ad recipiendum talem excusationem, quia quasi omnes moderni hæretici sic se excusant. Inuenta autem ueritate quantum est possibile, si inuenitur ꝙ se nõ excuset, dẽt inquisitor contra eum procedere, si uero inuenitur ꝙ uere se excuset, adhuc dicunt quidam ꝙ inquisitor potest eum punire & debet, quia homo ex læuitate uel ioco uel turbatione uerba hæretica non debet proferre contra fidem & bonos mores.

7 Tertio † aliqui hæretici se excusant, ꝙ dato ꝙ uerba hæretica scienter prædicauerint, & ita crediderint, tamen non pertinaciter defendunt, sed parati sunt credere quidquid credit sancta mater ecclesia, tunc dico, si isti pertinaciter totaliter tenerent errorem, ꝙ tunc debent relinqui iudicio seculari, sed ex quo ediderunt, prędicauerunt, & dixerunt scienter cõ

tra

tra fidem & bonos mores, scientes pro certo ꝙ ecclesia tenet contrariũ, & prædicat, & præcipit contrarium obseruari quantumcunque ultimo non sint pertinaces, puniendi sunt sicut olim hæretici nunc conuersi, satis enim pertinaciter errorem tenuerunt qui errorem scienter prędicauerũt & dixerunt omnino se ipsos credentes, & etiam scientes pro certo ꝙ ecclesia tenet contrariũ. Si uero se excusarent ꝙ nesciebãt ꝙ ecclesia sic teneret & doceret tunc redeundum est ad propriam declarationem superius modo factam. Si uero ex lapsu linguæ aliquis dicit uel prædicat aliquem errorem contra fidem, sciens illum bene esse errorem, sed non aduertens profert, ꝙ apparet, quia statim hoc audito humiliter retractat nec in diuersis locis & temporibus prædictum errorem reiterat, omnino excusandus est, & sic dictum est qui sunt hæretici, saluo meliori iudicio.

8 Secundo uidendũ est qui sunt credentes. Credẽtes sunt qui fidẽ hæreticorũ habent, sed uitã siue modũ uiuendi non seruant, & dico qui fidẽ habent non explicitam sed implicitam, nam credentes nescirent dicere errores hæreticorum, uidelicet eos more hæreticorum defendere, sed habent fidem ut dixi implicitam, quia credunt uerum esse quod credũt hæretici, & dicunt licet nihil dicant expresse contra aliquem articulum fidei specialem, ij autem cognoscuntur multipliciter secundum consultationem Guidonis Fulcodij ut credo, tolosani, in quo quidem concilio sic dicit. sane inter culpas ex quibus credẽtes possunt iudicari, ne ulterius dubitetis, has esse firmiter arbitramur. Si reuerentiam fecerint hæreticis eis credentes, orationes ipsorum implorantes, bonos homines profitentes, quasi adorantes illos, si consolationi eorum ubi cumquẽ consolãtur hæreticorum recipientes consortium per impositionem manuum se saluare, perditionaliter mẽtiuntur, aut seruitio eorundẽ, ubi maiores ipsorum librum tenente apertum per ipsum quasi sub generali confessione remissionem intelligunt fieri peccatorum, aut Valden. ubi die cænæ mẽsa posita, & pane super posito Valden. cetus benedicens & frangẽs, dansque astantibus credit, secundum suam damnabilem sectam conficere corpus Christi, non causa prodendi eos, uel alia commendabili seu excusabili auferint, si eisdem Valdensibus peccata confessi fuerint, ut solet & debet quis sacerdoti proprio confiteri, si pacem ab hæreticis seu Valden. uel panem ab eis benedictum a quocunque sibi commissum uel datum scienter & damnabiliter receperunt, si crediderunt eos in sua secta saluari posse, uel esse bonos uel sanctos homines, uel Dei amicos uel nuntios, uel bonæ conuersationis uel uitæ, uel eorum persecutores peccare, uel si eos taliter laudauerunt, uel si alio qualicunque signo seu uerbo in

bo in

bo in eis seu fidem seu credentiam habuisse inuite uel alibi sunt professi, siue eos libenter & pluries receperunt, audierunt, uisitauerunt, uictualia seu alia dederunt, seu miserunt eisdem, orationes ab eis uel epistolas uel euangelia didicerunt.

9 Hæc enim & similia † & si non probant singula multa iuuant. præsertim cum Io. dicat in epistola si quis uenit ad nos & hanc doctrinam nõ affert nolite eũ recipere in domo nec aue ei dixeritis, q enim illi dicit aue communicat operibus eius malignis. hæc autem omnia intelligimus cũ ij qui sic culpabiles sunt inuenti sciebant illos quibus uel per quos ista fiebant hæreticos, uel Valden. esse nec ignorabant q sancta Ecclesia tales propter errores proprios sectasque suas damnabiles ab vnitate fidei segregatos denuntiat, & excommunicat, persequitur, atque damnat, nec dicenti se ignorasse, leuiter est credendum, quis est solus ille peregrinus qui damnationem hæreticorum & Valden. nescierit, a longe retro annis iustissime sectam tam famosam, tam publicam, tam prædicatam, tot & tantis expensis laboribus & sudoribus fidelium insecutam, & tot mortibus ipsorum infidelium solenniter damnatorum & publice punitorum tamen firmiter sigillatam, utique non est ferendus tam euidens discipulus mendacium magistrorum, sed potius cum ipsis damnatis damnãdus, qui uerum tam notorium diffitetur, qui etiã ipsius rei gestæ modus ignorari non potuisse arguit & conuincit. nam & latere uolẽtes & celari quærentes hęretici ac Valden. suis se tantum credentibus credunt, cum eisdẽ supradicta mala & similia in latibulo perpetrantes. quæ & si quidam ex iis similiter negent se illorum errores audiuisse, uel auditis credidisse, a participatione tamen credendi eisdem erroribus saltem implicite immunes esse non possunt, licet enim isti nihil expresse dicant contra aliquem articulum specialem, tacite tamen & per consequentiam dicunt, cum dicãt uel sentiant uerbo uel signo illos perfidos esse bonos quos constat ab ecclesia reprobatos, quinimmò cũ supradicta saluti animarũ suarum prodesse crediderint, aut saltem extra Ecclesiam esse credenda, aut quos ecclesia damnat, extra eam esse non credendo proculdubio errauerunt.

10 Dominus uero † Guido Fulcodij sic dicit, quarto consequenter qui dici debeant credentes hæreticorum erroribus, & certè qui confitentur se credere ita sicut ipsi dicunt credentes itaque sunt, nam ore suo se iudicant, & non est confessi causa tuenda rei, & hoc sine dubitatione est, qui uero adorauerint, reuerentiam suo more exhibuerint, confessionem & communionem ab eis iuxta ritum eorum acceperint, uel similia perpetrauerint quæ ad ritum eorum pertinent. credentes utique fuisse cõuincuntur,

cuntur,nam ex præfatis exterioribus præsumitur affectus.vt ar.32.q.5. qui vidit. cap. de dolo vel uolun. nec enim refert utrum dictis an factis quis voluntatē suam insinuet.ff.de leg.& se.consul.l.de quibus.nam,negare & confiteri possumus non solum ore sed & facto.6.q.3.existimant & hoc de iis factis in quibus error exprimitur. sicut supra etiam posui de iis quæ ad ritum errantium pertinent.

11 Vnde si quis†uisitauit,alimoniam præbuit,ducatum præstitit,uel similia fecit,in quibus vel de ritu ipsorum expressum ostenditur,quamuis aliqui contrarium scripserint,nec credo quod possit credens iudicari. Nam hæc omnia fiunt interdum ex affectione carnali, interdum præcibus amicorum,interdum pecuniæ interuentu, & cum dicat Papa nō simpliciter credētes,sed credētes eorum erroribus,ad hæreticos condemnā dos necesse arbitror aliquid in eis erroris iudicij reprehendi, unde supra dictos quos ultimo notaui,non iudico hæreticorum credentes,sed fautores potius & receptatores,sicut infra monstrabo,cum enim credens hæreticus iudicetur non sitis quæso faciles ad puniendum credentem, & sic per consequens hæreticum,nam in hoc crimine.

12 Etiā†ex uehementi suspitione,nemo dānatur.extra de præsumptionibus literis.Et si quis obiiciat, quomodo ergo dicis illos credentes qui adorant & similia faciunt si ex præsumptione neminem damnas. Respōdeo.Non condemno illos ex præsumptione solum , immo ex uera probatione,nam hæc est probatio euidentissima quæ fit ipso facto,alias enī de animo constare non posset,quia altum est cor hominis & imperscrutabile,sed huiusmodi indicia quæ ad bonum retorqueri nō possunt,nec aliquid nisi quod expressum indicant pro probationibus sunt habenda,& ideo perspicue uocantur insidiæ.C.de dolo.l.dolum.

13 Quid ergo†dicemus de iis qui sermones & prædicationes eorum audierunt.Respondeo.Si semel tantum audieruut, & postea nunquàm redire uoluerūt inculpabiles uidētur quo ad hoc ne credentes iudicentur, nec uidētur approbasse quod postmodū euitauerūt,& dico ar.can.1.q.1.constat.qui uero & prima uice uenerunt & postmodum frequentant locis & horis suspectis possunt credentes censeri. ar. ab affectu contrario ex dicto can.constat.& a simili extra de præsumptionibus ex studiis. Sane eos quos supra dixi non posse iudicari credentes fateor suspitione tamen maxima non carere , & ideo posset eis purgatio indici iuxta mandatum apostolicum & canonicas sanctiones.secundum illud. Si qui inuenti fuerint sola suspitione notabiles &cæt.extra de hæret.excommunicamus. Item & illos qui libros hæreticorum supprimunt similiter dico suspectos & purgandos,si tamen eos combusserunt immunes sunt.

articu. 5. quæstione. 1. capitulo. in fine.

14 Tertio† agendum est de receptatoribus, de quibus sic dicit Guido Ful codij. subiúgitur hic quæstio qui dicantur receptatores. Sed certe illi qui scienter huiusmodi homines recipiunt etiam si non frequenter recipiunt nã licet secundum iura gramaticæ hoc sit uerbum frequentatiuum tamẽ in iure pro simplici uerbo ponitur receptare pro recipere, ut probatur ff. de recept. l. ultima, sic & pulsare dicitur cedere sine dolore quãuis nulla sit ibi frequentia. ff. de iniuriis. l. lex cornelia. uers. inter pulsationem. Multa quidem iura contra rationem disputãdi recepta sunt. ff. ad legem aquilliam. ita uulneratus, dico autem de illis qui scienter recipiunt, alij enim non sunt in culpa. C. de iis qui latrones occul. l. j. hoc sane notãdũ uidetur, ꝙ iura ciuilia uidentur intelligere illum receptatorem qui latenter recipit & celat ut conseruatus iudicis manus euadat, ut. ff. de receptatoribus. l. 1. & dēt. Et de officio præsidis. congruit. & de iis qui latrones occul. fere per totum. Sed certe idem credo multo fortius de iis qui palã faciunt hoc, C. de iis qui latrones occultauerunt. l. ultima. ubi loquitur de iis qui resistunt præsidi & auxilio militari quod non potest esse non notorium.

15 Quarto† secundum eundem uidẽdum est de defensoribus, dicit enim se de defensoribus inspicere diligenter. defẽndens ergo quis interdum errorem damnabilior est illo q̨ errat, & non solum hæreticus immo hæresiarcha dicitur, 24. q. 4 qui aliorum, & in eodem causa intellige quod dicitur, 11. q. 3. qui consentit, quamuis ibi uideantur loqui de illo qui defendit errantem, sed intelligo ꝙ defendit errantem & errorem per prææl legatum. c. qui aliorum. alias enim non esset acrius puniendus errante, de huiusmodi autem defensoribus non loquitur Papa in nostro rescripto, illos enim non discerneret ab hæreticis nec sola daret excommunicatione notatos. loquitur igitur de defensione personæ, ubi quis defendit personã uiribus, uel prohibet ne ad manus iudicis ueniat examinandus uel puniendus, & de simili defensione loquitur canon. 21. q. 5. si forte. & in aliis capitulis quæstionis eiusdem. & 26. q. 1. si custos. & contra huiusmodi defensores potest procedi ad excommunicationem, & credo ꝙ ꝑ suspitione posset eis indici purgatio. Si quæras unde habeo ꝙ sint suspecti, respondeo ꝙ ex iniusta defensione opinio male uiuentium incurritur, ut 24. q. 5. si forte inter. Dicunt aliqui ꝙ prælati seu principes qui non corrigunt eos & puniunt possint dici defensores, quia negligere cũ possis perturbare peruersos nihil aliud est q̃ fouere idest defendere, sed ego non consentio, & expone fouere, idest nutrire, & hoc ostendit canon. 86. dist. de inferiorum. illos ergo fautores appello ut dixi in x. q.

16 Quinto †de fautoribus hæreticorum ſicut dicit dominus Guido Fulcodij ſubijcitur quæſtio de fautoribus qui uidelicet ſint cēſendi fautores, quo iure notandum arbitror ꝙ aliquæ ſunt perſonæ priuatæ & aliquæ quæ poteſtate funguntur,& non eſt omnium una conditio.qui enim gladij poteſtate funguntur ex ſola ommisſione poſſunt dici fautores, puta ſi condemnatos ab eccleſia fugant & non puniunt ſicut debent,& ꝙ ex hoc fauere intelligantur probāt ad literā canones iſti.23.q.3.qui pōt & q.5.q. pt & q.5.q. inuictus.& q.8.pterea.Priuatæ uero perſonæ nihil,in hoc caſu ſi non capiunt,ſi prætereuntem non detinent fautores dici non poſſunt,nam hoc ad eos pertinet qui poteſtatę funguntur, & eſt ad hoc ar.26.di.Si de terra, & hoc fateor de priuatis perſonis q̃ ad hoc nō ſunt ſacramento aſtrictæ.ſi uero iurauerint indicare,ſicut faciunt multi,& cel lant,& hoc non nego illos fauere, cum ad id tęneantur ex debito iuramenti,& ſit peccatum mortale in hoc caſu ueritatem occultare. 11.q.3. quiſquis

17 Dixi ergo†qualiter quis ommisſione fauere uidetur.ſed & uerbis fauere quis pōt,ſi quis enim excuſat hæreticos non ex linguæ lubrico nec per iocum ſed in conuenticulis uel ēt inter laycos ſicut multi faciunt,dicentes ſæpe,iſti hoīes non ſunt tales quales dicuntur,nec negant iſta,uel illa uel forte quia aduocati ſunt aliqui,& defendendo illos per mendatia excuſant eorum exceſſus, poſſunt dici fautores conſideratione perſonarū temporis & locorum.nec enim hæc omnia poſſunt ad unguem perſtringi,plerunque enim hæc uerba hoīęs ſimplices ad hæreticorū amorē prouocant,& deuotionem quā habent ad eccleſiam minuūt & eneruant, & ꝙ hmōdi excuſatores illis fauere uideantur inſinuat canon. 11.q.3.timendo. Sed illi epi qui Lotario adhæſerunt tanq̃ fautores condemnati ſunt.2.q.1.c.ultimo, & dicit alibi Papa quaſi fauendi modum exponens, ꝙ fucatis defenſionibus eius crimina tegere nitebantur.11.q.3. ita cōis tui.& ex illis duobus capitulis colligitur,ꝙ per hmōi coloratas defenſiones intelligitur quis fauere. Sane de iis loquor q̃ conſulte, non ut plerunque fit ex præcipitio linguæ, nec per iocum hmōdi dillabuntur,nam lubricū linguæ uel ad pœnam uel ad damnum trahi non conuenit. ff.ad legem iuliam maieſta.l.famoſi.ſed ſimiliter quæ per iocum dn̄r.non obligant.ut.ff.de act.& obligationi.l. obligationū ſubſtantia. & 22. quæſt. 3.quòd ait. Item fauet quis facto,& hoc ſatis uidetur planum. Et hoc dico in eo, qui procurat, qui mittit alimoniam, qui liberat, qui ea per quæ liberantur ſubminiſtrat, & ſi quæ ſunt ſimilia, & eſt ad hoc ar. quamuis probatione non egeat.23.q.4.eſt iniuſtum.ff.de fur. ſi pignorentur, uerſ. qui feramenta. idem dico in eo qui precibus eum liberat,

ar.24.

ar. 24.quæstio.6.capitulo.primo. in illo uersiculo. illud uero fidentissime dixerim &cæt.nec moueat quòd ibi dicitur socius criminis,nec enim intelligitur socius quasi idē crimen commiserit sed socius.i. particeps infectionis, & de huiusmodi societate loquitur canon,ubi dicit,nec caret scrupulo societatis iniquæ.2.q.7.negligere.

18 Sed quid † dicemus de prælatis qui nolunt facere carceres uel similia quæ ad promotionem officii pertinent.Respōdeo cum id non in fauorē hęticorū sed ex auaritia faciant non dico eos esse fautores, & ideo consulo fratribus ꝙ de iis non se intromittant sed apostolicam sedem consulant. Sed in concilio Tholosano qui sint fautores hęreticorum sic ponitur. Plane inter fautores accepimus tam eos qui hæreticorum seu credentium extirpationem seu correctionem impediunt, quàm eos qui nō dant ad id operam quam non possunt sine culpa omittere manifesta. Ex diligenti tamen circunstantiarum consideratione plus minusue contingit culpæ in talibus reperire,nam multum fauet hæreticis seu credentibus qui eos celat,cum eos posit & debeat indicare, plus, qui eos occultando seu aliter ipsorum examinationem uel incarcerationem uel punitionem malitiose impedire præsumunt,plurimum, qui captos uel incarceratos relaxat præter Ecclesiæ uoluntatem, seu cuius consilio uel mandato uel cura talia perpetrantur,cuius criminis reus incomparabiliter est habendus ille qui temporalem habens iurisdictionem præfatos pestiferos hæreticos seu rebelles ab ecclesia denotatos ꝑsequi, & de sua terra seu patria exterminare postponit,uel in eos animaduertere sine mora, ꝗppe nec caret scrupulo societatis iniquæ qui tanto facinori sibi per denuntiationem ecclesiæ,seu aliter legitime manifesto,cum teneatur & posit,desiit obuiare,ꝑsertim si ad hoc faciendū & iuramento proprio se astrinxerit.Sed illi non sunt immunes a crimine, qui cum se illis offert opportunitas loci & temporis ac facultas hęreticos seu prænominatos rebelles capere, capientesue iuuare nequiter prætermittunt, & maxime si de hoc fuerint requisiti à capientibus seu capere uolentibus. Et quoniam quasi plures & inextimabiles sunt modi nocendi,quibus hęretici eorūq; credētes atque fautores nituntur uineā domini sabaot demoliri, & eis tam prudenter quàm uerisimiliter occurrendum,curet uestra deuotio secundum datam uobis à domino gratiam mala illorum agnoscere, & salutarem apponere medicinam, suppleatque discretio quod scripto non posset facile comprehendi.

De pœnis hæreticorum & similium. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Credentes hæreticis sunt excommunicati ipso iure.*

2 *Hæretici credentes, receptatores, defensores, & fautores non habent testamenti factionem actiue uel passiue.*

DIcto qui sunt hæretici credentes, receptatores, defensores, & fautores, nunc est dicendum de pęnis eorum quas incurrunt secundum iura, & primo dicendum est de pœnis hęreticorū & credentium, deinde de pœnis receptatorum, defensorum, & fautorum. Et quia breuiter pœnæ credentium & aliquorum qui condēnantur tanquam hæretici describuntur. idcirco primo de pœnis credentium & aliquorum qui condemnantur tanquam hæretici est agendum.
1 Igitur de pœnis credentium est agendum. primo credentes ipso † iure sunt excommunicati, unde in v. decretalium. ubi tractatur de hæreticis. cap. excōicamus. sic scribitur, credentes præterea, hęreticorum receptatores, defensores, & fautores eorum, excommunicationi decreuimus subiacere, idem dicunt Inn. Alex. & Nico. in litera nouerit uniuersitas. Cle. in constitutionibus dicit credentes quoque erroribus hæreticorum tanquam hęretici puniantur. Alex. uero dicit, credentes autem erroribus eorum. §. hæreticorum similiter hæreticos iudicamus. idem dicit Inno. & Nicolaus in priuilegio, nouerit uniuersitas uestra. idem dicit Greg. in priuilegio, excommunicamus, & idem habetur in v. ca. excommunicamus hæreticos & cætera. & sic dicendum de pœna in fama & in rebus; unde imperator in lege quæ incipit patarenorum, sic dicit, patarenorum receptatores & complices idest credentes & quocunque modo fautores, qui ut a pœna possint alios eximere de se ualde improuidi non formidant, publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus, & ipsorū filij ad honores aliquos nullatenus admittantur, si tamen aliquis fautorum huiusmodi detexerit aliquem patarenū de cuius perfidia manifeste probatur, in fidei præmium quam agnouit famæ pristinæ de imperiali clementia restitutionis beneficium in integrū consequetur. Et sicut infra in eadem. credentes præterea & receptatores, deffensores, & fautores hęreticorum bannimus, statuentes ut si postquam talium quilibet fuerit excommunicatione notatus satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, & ad publica officia seu consilia, uel

aliquos

2 aliquos eligendos huiusmodi, nec ad testimonium admittatur, † sit etiam intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hæredi tatis successionem accedat, nullus ei præterea super quocunque nego- tio, sed ipse alijs respondere cogatur, Quod si iudex extiterit eius senten- tia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam per ferantur. Si fuerit aduocatus eius patrocinium nullatenus admittatur. si tabelio eius instrumenta confecta per manum ipsius nullius penitus sint momenti. In v. decretalium idem dicitur in ca. excommunicamus. In priuilegio Inno. Alex. & Nico. nouerit uniuersitas uestra. non ponun tur credentes, quia in rei ueritate debent grauius puniri. sed ibi additur, si uero fuerit clericus ab officio & beneficio deponatur. In priuilegio vero licet ex omnibus. dat papa Cle. authoritatem inquisitoribus de dio cesanorum uel eis absentibus vicariorum suorum consilio hæreticos eosdem credentes receptatores & defensores. eorumque filios & nepo- tes personatibus, atq; dignitatibus, & beneficijs ecclesiasticis, officijs pu blicis, ac honoribus quibuscunque priuandi, & hæc ad præsens de creden tium pœnis dicta sufficiant.

De ijs qui condemnantur ut hæretici. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Christiani transeuntes uel redeuntes ad ritum iudæorum an sint damnandi ut hæretici.*

2 *Redeuntes uel transeuntes ad ritus iudæorum, tanquam infames & ban niti ab omnibus haberi debent.*



NVNC de iis qui iudicantur & condemnantur sicut hæretici dicendum est, & primo de christianis † qui ad ritum tran- seunt iudęorum & habetur hoc in sexto ubi dicitur. cõtra chri stianos qui ad ritum transierint iudęorum, uel redierint, etiã si huiusmodi redeuntes dum erant infantes aut mortis metu non tamen absolute sed præcise coacti baptizati fuerint, et tanquam contra hæreti cos, si fuerint de hoc confessi aut per christianos uel iudæos conuicti. Et sicut contra fautores, receptatores, & defensores talium procedendum. Item in eodem, vj. dicitur. Cum contumacia in causa præsertim fidei suspitioni præsumptionem adijciat uehementem, si suspectus de hæresi uocatus a uobis ut de fide respondeat, excõis uinculo pro eo quòd pa-

rere subterfugit, aut contumaciter se absentat per uos fuerit innodatus 1
eam per annum animo sustinet pertinaci, extunc uelut hæreticus condē
netur. Inno. Alex. Nico. in priuilgio. nouerit uniuersitas uestra, & in v. ca.
excommunicamus, sic dicitur, qui autem inuenti fuerint sola suspitione
notabiles, considerationem suspitionis, qualitatemque per propriam
innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anatematis gladio fe-
riantur, & usque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur,
itaque si per annum in excommunicatione perstiterint, uelut hęretici cō
demnentur, & Grego. in priuilegio excommunicamus, idem dicit.

2 . Idem† dicit imperator in lege patarenorum, & plus, quia dicit tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur Bonif. in sexto. c. ut inquisitio nis sic dicit si quis uero de prædictis potestatibus dominis temporalibus rectoribus u el eorum officialibus seu baliuis supradicta fecerit aut præfato fidei negotio seu p̄fatis diocesano episcopo uel inquisitoribus incumbenti se opponere forte præsumpserit uel ipsum aliquatenus impe dire necnon & qui scienter in prædictis dederit auxilium consilium uel fauorem excommunicationis se nouerit mucrone percussum quam si per annum animo sustinuerit pertinaci ex tunc uelut hæreticus condemnetur.

De pœnis hæreticorum filiorum, & nepotum eorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticorum quinque species.*

2 *Hæretici sunt perpetuo infames, banniti, & ab omnibus diffidati.*

3 *Confiscatio & executio contra bona hæreticorum ad quos pertineat.*

4 *Hæretici non solum bonis, sed etiam honoribus, officijs, & beneficijs obtentis & obtinendis priuantur.*

5 *Diocesani an & quando sint requirendi in priuandis hæreticis suis beneficijs, & eos priuatos nuntiando.*

6 *Capientibus hæreticos eorum mobilia debentur, nisi illos ex debito sui officij capiant.*

7 *Forma exequendi contra hæreticos relictos brachio seculari.*

8 *Degradationis clericorum forma qualis sit.*

Hære-

9 *Hæreticis obstinatis non debent dari ecclesiastica sacramenta.*
10 *Captura hæreticorum damnatorum ab ecclesia cuilibet officiali conceditur, appellatione remota.*

MOdo adijciendum est de pœnis hæreticorum. & similiter dicamus de pœnis filiorum eorum & nepotum, uel aliorũ in quo
1 præsciendum, † ꝙ sunt quidam hæretici obstinati & pertinaces, sunt quidam impœnitentes, sunt quidam rebelles, sunt quidam conuersi, & quidam relapsi, & de pœnis istorum isto ordine procedemus, Primo enim non solum obstinati sed etiam omnes hæretici sunt ipso iure excommunicati, & ipso facto. Vnde in v. decretalium. cap. excommunicamus, sic dicitur. Excommunicamus itaque & anathematizamus omnem hæresim extollentem se aduersus hanc sanctam & ortodoxam catholicam fidem quam superius exposuimus, & condemnamus omnes hæreticos uniuersos quibuscunque nominibus censeantur. Et Inno. Alex. & Nico. summi pontifices in priuilegio, nouerit uniuersitas uestra ꝙ nos excommunicamus, anathematizamus uniuersos hæreticos, catharenos, patharenos, pauperes de lugduno, passaginos, Iosepinos, Amaldistas, speronistas, & alios quibuscunque nominibus censeantur. Adijciendum de alijs pœnis, primo dicendum est de pœnis ante mortem eorum, secundo de pœnis post mortem, in uita
2 eorum ita punit eos imperator † ut habetur in lege patarenorum. Catharos, patharenos, speronistas, leonistas, Arnaldistas, circuncisos, passaginos, Iosepinos, communelos, Verarinos, & ortholenos, cum illis de aqua nigra, & omnes hæreticos utriusque sexus quocunque nomine censeantur perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, censentes, ut bona talium confiscentur, nec ad eos ulterius reuertantur, ita ꝙ filij eorum ad successionem peruenire non possint cum longe sit grauius æternam q̃ temporalem offendere maiestatem. Inn. in priuilegio. cũ uos inquisitores sic scribit. Vniuersos Marchiones, comites, barones, & potestates, consules, & communia ciuitatum & aliorum locorum per Lombardiam & Marchiam Taruisinam & Romandiolam constiutos rogandos, hortandos attente duximus & monendos, nostris sibi literis, districte præcipiendo, mandantes ut omnes qui per uos uel per alios de uestro mandato pro hæreseos crimine uel pro defensione seu receptatione ac fauore hæreticorum excommunicationis uinculo innodati uel denuntiati excommunicati publice fuerint, bonis confiscatis eorum, banno exponantur publico alias cõtra eos temporaliter prout expedire uidebitur in fulcimentum catholicæ fidei potestate sibi tradita processuri, & Boni-

in 6.decretalium.c. cum ergo secundum leges, sic dicit, bona hæreticorū qui grauius horribilius ac detestabilius quàm prædicti qui ubi superius nominantur delinquunt de fratrum nostrorum consilio decernimus,
3 confiscata, Confiscationis † tamen huius executio uel bonorum suorum occupatio fieri nō debet per principes aut alios dominos temporales, iuxta Greg. Papæ prædecessoris nostri declarationem antequam per episcopum loci uel aliam personā ecclesiasticā, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata, & in eodem sexto dicit Boni. Decreuit felicis recordationis Inn. Papa. IIII. ꝙ ꝑter hæresim maritorum uxorum catholicarum dotes non debeant confiscari, qđ intelligendum fore censuimus, nisi forte mulieres ipsæ cum uiris matrimonia consumpsissent quos hæreticos tunc sciebant. Item in eodem sexto dicit Alex. illorum autem filiorum emancipationem quorum parentes post emancipationem huiusmodi apparuerint ante ipsam a uia ueritatis ad hæreticæ superstitionis inuium declinasse nullius uolumus esse momenti uelut factam de hominibus sui iuris, cum dignū sit ut propter tanti atrocitatē delicti filij esse in parentum hæreticorum desierint ptāte.
4 Non solum † autem bona hæreticorum confiscantur sed etiam priuātur honoribus & officijs publicis. Vnde imperator in lege cō missi nobis celitus. uers. cæterum. Quia quanto maiora diuinæ nutu miserationis accepimus, & altiorem locum præ filijs hominum obtinemus, tanto deuotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti. Si quando in nostri nominis contemptores nostri culminis ex causa ardescit authoritas, si reos læsæ maiestatis in personis eorum & liberorum suorum exhæredatione damnamus, multo fortius iustiusque contra Dei blasfematores & nominis Christi, & catholicæ fidei detractores prouocandum, eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorum suorum hæredes & posteros usque ad secundam pregeniem beneficijs cunctis temporalibus publicis officiis & honoribus imperiali authoritate priuantes, ut in paterni memoriā criminis continuo merore tabescant, uere scientes ꝙ Deus zelotes est peccata patrum in filios potenter ulciscens, nec quidem misericordiæ finibus duximus excludendum, ut si qui paternæ hæresis non sequaces latentem patrum perfidiam reuelauerint quacunque reatus illorum animaduersione plectantur prædictæ punitioni non subiaceant innocentiæ filiorum, item Clem. in consti. Testamenta eorum qui hæretici decesserint nullius uolumus esse momenti. Item hæretici sunt priuati successione, unde habetur in C. de hęreticis. l. Manicheos. ipsos quoque, supple hæreticos uolumus ammoueri ab omni libertate & successione quolibet titulo aduenìente, Præterea non donandi nec emē

di

di nec uendendi, non postremò contrahendi cuique conuicto relinquimus, uel tribuimus facultatem. & Alex. in 6. cap. quicunque hæreticos. dicit. Hæretici autem credentes, receptatores, defensores, uel fautores eorum ipsorunque filij usque ad secundam generationem ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officium publicum admittantur, quod si secus actum fuerit decernimus irritum & inane. Ad hoc quoscunque uiros ecclesiasticos qui ad præces huiusmodi pestilentium primatū dignitates, personatus, & quæcunque alia ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nūc priuamus taliter acquisitis, uolentes ꝙ tales hæretici careant perpetuo, & si receperint illa scienter ad alia uel similia in posterum non admittantur. Inn. uero in priuilegio ut commissum uobis, dat authoritatem inquisitoribus priuandi omnes hic scriptos, sicut hic dicitur de consilio episcoporum uel uicariorum suorum. Boni. uero inferius in sexto sic dicit. statutum fælicis recordationis Inno. & Alex. prædecessorum nostrorum, ne videlicet hæretici credentes receptatores defensores, & fautores ipsorūque filij usque ad secundam generationem ad aliquod beneficium ecclesiasticum seu publicum officium admittantur, quod si secus actum fuerit sit irritum & inane, primum & secundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus per maternā uero ad primum duntaxat uolumus hoc extendi. Hoc sane de filijs & nepotibus hæreticorū credentium & aliorum huiusmodi qui tales esse uel etiam decessisse probatur intelligendum esse uidetur, non autem illorum quos emendatos esse constiterit, & reincorporatos ecclesiæ unitati, & pro culpa huiusmodi ad mandatum ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi uel iam perfecerunt uel humiliter persecutioni eius insistunt, uel parati fuerint ad recipiendum eandem. Item in eodem sexto. ca. ut commissi. Bonifacius dat authoritatem & plenam cōcedit facultatem inquisitoribus priuandi uel priuatos nuntiandi & officijs publicis & honoribus quibuscunque de diocesanorum uel eis absentibus uicariorum suorum consilio dignitatibus ac alijs beneficijs ecclesiasticis hæreticis eisdem credentes receptatores & defensores, eorumque filios & nepotes.

5 Sunt † autem dioecesani in priuando tales uel nuntiando priuatos beneficijs huiusmodi requirendi. nisi forte constaret legitime quòd idem scienter huiusmodi personis eadem beneficia contulisset, tunc enim eos in iis requirendos non esse censemus, sed potius a suo iudice puniendos. In v. vero decretalium. cap. excommunicamus sic dicitur, in fine, absolutos se nouerint a debito fidelitatis onere, & totius obsequii quibuscunque lapsis manifeste in hæresim aliquo pacto quacunque firmitate uallato tenebantur astricti. Non solum hæretici sic sunt priuati, sed capi

debent

debent,unde imperator in lege cõmissi dicit, pterea quicũq; hæretici re perti fuerint ĩ ciuitate oppidis seu aliis locis imperij p inqsitores ab apo stolica sede datos,& alios orthodoxæ fidei zelatores,ij q iurisdictionem ibidẽ habuerint ad inquisitorũ & aliorũ catholicorũ uirorũ insinuatio nẽ eos capere teneanť,& captos arctius custodire donec p censurã eccle siasticã dãnatos dãnabili morte perimant; qui fidei sacra & uitæ damna bũt,qualiter aũt dẽant custodiri s̄ positũ ẽ qñ de offõ ptãtis & aliorũ re ctorũ actũ est,sed de captione hæreticorũ sic dr̄ s̄,cũ de authoritate offi cialiũ actũ est,&quicũq;hæreticũ uel hæreticã inuenerit libere capiat & capere possit impune,& oẽs res mobiles ipsius uel ipsorũ penes eos inuẽ
6 tas eis licẽter aufferre,q̃ sint aufferẽtiũ pleno iure,nisi†aufferentes hmõi sint ad hoc officiũ spãliter deputati Imper.in l.paterenorũ.dicit.Adiici mus insuper ꝙ hæreticus p hæreticũ conuinci possit,& ꝙ domus patare norũ & receptatorũ &c.siue ubi docuerint siue ubi manus aliis imposue rint destruanť,nullo tpe restituẽdæ.Qũo aũt hæretici dẽant p̃sentari in qsitoribus ut ab eis examinenť,& si ueritatẽ de se & de aliis non dixerint qualr dẽnt hr̃etici exponi tormẽtis,s̄ dictũ est qñ de offõ ptãtis actũ est.
7 Nunc†igitur dicendum ꝙ si hæretici sunt pertinaces & nolunt cõuer ti,quod debent ab inquisitoribus relinqui iudicio seculari,& qualiter de bet ab eis puniri,unde de hoc dicitur in quinto decretalium,de hæreticis cap.ad abolendam,præsenti nichilominus ordinatione sancimus, ut qui cunque fuerint manifeste in hæresi deprehensi,si clericus est,uel cuiusli bet religionis obumbratione fuscatus, ecclesiastici ordinis prærogatiua nudetur,sic omnino officio & beneficio spoliatus ecclesiastico secula ris relinquatur arbitrio potestatis animaduersione debita puniẽdus, nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei catholicæ unitatem spõ te recurere,& errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publice cõ senserit abiurare , & satisfactionem congruam exhibere laicus autem nisi prout dictum est abiurata hæresi & satisfactione exhibita,confestim ad fidem confugerit orthodoxam secularis iudicis arbitrio relinquatur debitã recepturus pro qualitate facinoris ultionẽ,& idem hr̃.c. excõica mus.scdo.& primo.& in priuilegio Inno.Alex.& Nicolai.Nouerit uni uersitas uestra sic breuiter ponitur. Damnati uero per ecclesiam secula ri iudicio relinquantur animaduersione debita puniendi, clericis prius a suis ordinibus degradatis.
8 Degradatio†aũt hæc põt fieri per unũ epm.Vnde Greg.nonus & ha betur in sexto, dicit qm̃ epõrum numerus ad degradationẽ clericorũ a canonibus constitutus non põt de facili cõuenire,cõcedimus ut sacerdo tẽ uel aliũ clericũ in sacris ordinibus constitutũ cũ pro hæresi fuerit se
culari

culari curiæ relinquendus, aut perpetuo immurandus, cõuocãtis abbatibus, aliisq; plãtis & religiosis psonis, ac literatis suæ diœcesis, de quibus expedire uidebit suus epus solus possit degradare, Inn. uero magis tẽperate loquit q̃ pdictæ decretales, scribẽs archiepis pluribus ac multis epis dicens. qui si frequenter moniti, supple, hæretici conuerti noluerint aio indurato habito eius tpis Inquisitorib. & aliis probis uiris diligẽti tractatu ꝫ eos poteritis ferre sniam, uel differre prout saluti eorũ & negotio si dei uideritis expedire. & in consultatione eporum secunda simile dr̃ con uerti uero nolentes ubi cõmode poteritis dãnare tardetis, ipsos frequenter, tã per uos q̃ per alios ad conuersionẽ monentes, ac tandẽ in sua malitia pertinaces faciatis errores suos ad eorum detestationem publice con fiteri, & sic eos damnantes præsentibus secularibus potestatibus eorumue baiulis secundum mandatum apostolicum relinquatis.

9 Itẽ pdictis hęreticis & maxime obstinatis non dent dari ecclesiastica sacra, vñ Inn. Alex. & Nicolaus in priuilegio, nouerit uniuersitas uestra. dicit. Itẽ clerici nõ exhibeãt ijs pestilẽtib. ecclica sacra, nec elemosinas aut oblationes eorũ recipiant, similiter hospitalarij, aut tẽplarij, aut qlibet regulares, alioqn suo priuent offõ ad qd nunq̃ restituant absq; indul

10 to sedis Aplicæ spãli. Tenet ptãs & qlibet rector uel eorũ officiales ul nũtius hæreticos dãnatos p ecclesiã statim recipere sine aliqua applone, & eos statim punire, ut in legib. Fe. Reg. cõtinet. q̃ sic dicũt, statuimus ita que sanciẽtes, ut hretici quocũq; noie cẽseant ubicũq; p imperiũ dãnati fuerint ab ecclesia seculari iudicio assignati aĩaduersione debita puniant. hoc hr̃ in lege. cõmissi. sed in lege incõsutilẽ, de hęreticis, & ut ipsorũ nequitia q, qa dñum non sequũnt, in tenebris ambulant, denegant ẽt nemi ne deferẽte, inuestigari uolumus diligenter hmõi scelerũ patratores, & p officiales nostros sicut & alios malefactores inquiri, ac inqsitione notatos, & si læuis suspitionis argum. tãgant a uiris de ecclsiasticis & plãtis examinari iubemus, p quos si iuẽti fuerint a fide catholica saltẽ in articulo deuiare, ac p ipsos pastorali more ꝯmoniti, tenebrosi diaboli relictis insidiis noluerint agnoscere Deũ lucis, sed in erroris sui istãtia ꝯcepta p seuerauerit, pñtis nrę legis edicto dãnatos mortẽ pati, patarenos aliosq; hreticos quocũq; noie cẽseant, decernimus q̃ affectãt ut uiui in ꝯspectu hoiũ cõburãt, flamarũ cõmissi iudicio nec dolemus qꝫ i hoc illorũ satis facimus uolũtati, ex quo pęnã solũmõ nec fructũ aliũ sequũtur erroris.

De pœnis Hæreticorum post mortem. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici morientes non debent traddi ecclesiasticæ sepulturæ.*

Declarato

1 Eclarato qualiter puniendi sunt hæretici, pertinaces ante mortem. Nunc agendum est de pœnis post mortem, & † primo dicendum est, quod non debent ecclesiasticæ tradi sepulturæ, vnde in sexto dicit Alex. Quicunque hæreticos credentes, receptatores, defensores, uel fautores, eorũ sciēter p̄sumpserint ecclesiasticę tradere sepulturæ, usque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententię se nouerint subiacere, nec absolutionis beneficiũ mereātur. nisi prius propriis manibus publice extumulent & proiiciant huiũsmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetua careat sepultura. Sed Clemens in constitutionibus dicit, ꝙ testamenta eorum qui hæretici decesserunt nullius uolumus esse momenti. damnatur etiam memoria hæreticorum. unde imperator in lege inconsutilem, dicit sic. statuimus in primis ut crimen hæreseos & damnatæ sectæ cuiuslibet quocunque nomine censeantur sectatores, prout ueteribus legibus est indictum inter publica crimina numeretur, immo crimine læsæ maiestatis nostræ debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in diuinæ maiestatis iniuriam est uel noscitur attentatum, quamuis iudicii potestate alterum alteri nõ excellat, nam sicuti perduellionis crimen personas adimit damnatorum & bona, & damnat post obitum memoriam defunctorum, sic & in prædicto crimine, quo patareni notantur, per omnia uolumus obseruari.

De ijs quæ fuerint consolati ab hæreticis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Mortuus consolatus ab hæreticis quomodo & quando puniatur.*

Odo uidendum est de illis qui in morte fuerint consolati uel nõ. de hoc habetur in sexto de hæreticis capitulo si filij uel hæredes, & est Alex. qui sic dicit, si filij uel hæredes illorum qui dum in ægritudinis lecto decumberent petierunt hæreticos consolatores uel, ut ab eis per manus impositionem consolationem reciperent secundum consuetudinem eorum, sicque fuerint uiam uniuer-
1 sæ carnis ingressi, † ad probãdum, ꝙ ipsi defuncti consolationem illam, immo uerius desolationem non sanæ mentis effecti susceperint, uel post perditam iam loquellam, cum tamen moris sit ut dicitur, apud eos, ꝙ nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam, admitti non debent, si dum uiuebant diffamati erant de

hæresi uel suspecti, aut legitime cõstiterit ꝙ sanæ mẽtis existens hmõdi hæreticos petierit, alioquin admitti poterunt prædicti filij uel hæredes ad probandum præmissa, non tamen per uxorem, filios familiares uel de consciis aliquos, sed per testes aliquos fide dignos, & specialiter fidei zelatores. In secundo concilio sic dicitur de hæreticis ante mortem non reconciliatis, ad hæreticorum seu credentium condemnationem qui nõ fuerint reconciliati canonice ante mortem, citatis eorum hæredibus si ue alijs qui de iure citandi fuerint, concessa eisdem oportuna copia defendendi similiter procedatis. Alex. in consultationibus. in eo uero casu in quo huiusmodi hæredes ad successionem non deberent ob culpam sui authoris admitti, non obstante, quòd authoribus ipsis uiuentibus hoc non fuerit intercedente ipsorum morte per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem nihilominus procedatur.

De Hæreticis impœnitentibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Forma procedendi contra hæreticos impœnitentes.*

DE hæreticis impœnitentibus consequenter est agendum, de quibus sic dicitur in secundo concilio. Illos † qui cum sint cul 1 pabiles contemnunt comparere infra tempus gratiæ, aut ma litiose supprimunt ueritatem, citatis, suo tempore nominatim, eisque si ueritatem contra se inuentam confiteri noluerint, explicetis culpam super qua inuenti sunt culpabiles, & dicta simul testium publicetis, ac datis dilationibus competentibus & defendendi facultate cõ cessa benigne admittatis exceptiones & replicationes legitimas eorundem, & siquidem in sua defensione defecerint, nisi culpam probatam gratis confiteri uoluerint, assignato ad sententiam termino peremptorio competenti damnetis eosdem. Non enim sunt ad misericordiam admittendi dum in sua negatione persistant quantuncumque ecclesiæ se suppo nant. & in concilio Tholo. sic dicitur. si quis culpam suam ex qua possit credens uel hæreticus iudicari de qua plene per testes uel aliam probationem constat pertinaciter negare non metuit, quamdiu in huiusmodi negatione persistit, licet conuersionem prætendat, hæreticus absque dubio est censendus, euidenter nanque impœnitens est qui peccatum nec

etiam

etiam uult confiteri & sic patet de impœnitentibus.

De hæreticis contumacibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiam & satisfactionem sibi iniunctam adimplere recusans qualiter puniatur.*

2 *Forma procedendi contra absentes, in crimine hæresis.*



SEcundum prædictum ordinem modo agendum est de rebellibus & contumacibus, de quibus sic dicitur in secundo cócilio. Eos qui contumaciter se absentant faciatis citari solemniter in parrochiali ecclesia seu cathedrali eorundem, & in locis in quibus domicilium habent uel habere solebant, & ita contra eos legitimis edictis propositis præcedente expectatione matura, & diligenti discussione habita super actis, ac prælatorum de quibus expedire uideritis consilio sigillato, ad talium condemnationem eorum absentia Dei, & angelorum supplente præsentia, pro culparum exigentia procedatis, a quibus postmodum redire atque obedire uolentibus, & generaliter ab omnibus qui prius contumaces, seu inobedientes fuerint uel de quorum fuga merito timere possetis, cautiones recipiatis fideiussorias, vel faciatis detineri eosdem ubi magis uideritis expedire, De rebellibus autem sic dicitur in conciio Tholosan.

1 Porro † illos hæreticos seu credentes qui postquam iurauerint mandatis ecclesiæ obedire, & absolutionis beneficium fuerint uel non fuerint consecuti, iniunctam sibi pœnitentiam carceris, uel non intrando, uel post ingressum exeundo, seu quancumque aliam pœnam seruare seu perficere renuentes, uel se ab ea recipienda contumaciter absentantes, rebelles existunt, & sic suam impœnitentiam, fictamq; conuersionem aperte ostendunt seculari iudicio sine ulla pœnitus audientia relinquatis, animaduersione debita puniendos, cum sufficiat tales per falsam conuersionem semel ecclesiam decepisse. Eos sane qui legitime moniti contemptum suum cum possint gratis emendare non curant indubitanter dicimus rebellare. Imperat. in lege. commissi sic dicit. eos vero qui conuicti in uno loco de hæresi ad alia loca se transferunt, ut cautius possint effundere uirus hæreticæ prauitatis, debitam censemus subire uindictá, ut super hoc per uiros ab eodem errore conuersos ad fidem, necnon per

alios qui eos de hæresi conuicerunt, quod in hoc casu licite concedimus faciendum, euidens testimonium habeatur. Dominus uero Guido fulco dij sic dicit.

2 Quomodo † autem & qualiter procedi possit contra absentes satis plane indico, nam si constat de ipsorum perfidia, & sint contra eos solēnia edicta proposita, quamuis de iure ciuili in criminalibus non pronuntietur diffinitiue contra absentem ad impositionem pœnæ ut. ff. de pœn. absentem, credo de iure canonico posse pronuntiari diffinitiue super ipso crimine, ut extra de do. & contu. ueritatis est uerbum. In fideiussores autem absentium pœna pecuniaria indici potest. ff. de custodia reorum, siquis reum. Item idem dicit. Adijcitur quæstio alia, an in alios, s. eos qui carceres exierunt, uel pœnitentias alias iniunctas uiolant sit aliqua potestas inquisitorum, & aliquibus uidetur ꝙ non, quia functi sunt officio suo, nec habent potestatem aliquam ultra annum, extra de potestate iudicis delegati, quærenti. Ego autem dico contrarium, quod ut liqueat, inspiciendum æstimo, ꝙ absoluti & postmodum detrusi in carcerem uel alijs pœnis læuioribus onerati nullam diffinitiuam sententiā receperunt, non uero sunt absoluti a crimine, quod utique probatum est, sed a sententia excommunicationis quam incurrerant ipso facto, sed nec pœna imponitur eis iudiciaria secundum ꝙ crimen requirit, sed pœnitentia temporalis, & carceris illa inclusio non est tam ad pœnā criminis quàm ad cautelam, ne noceāt uel alios inficiant, ut appareat an in tenebris ambulent an in luce, & ubi pœniteant, nam diffinitiue nemo in pœna criminis ad perpetuum carcerem damnari potest. ff. de pœnis, aut damnum. §. solent, est ergo pœnitentiæ iniunctio, & non iudiciariæ pœnæ impositio, sicut ipse Papa Greg. dicit de hæreticis in illa gregoriana. excommunicamus, & in concilio Tholo. in illo. c. hæretici autem qui timore mortis, &cæt. Durat ergo inquisitorū potestas, adeoquod illi qui prædicta cōmiserunt, si excommunicationem habent, possunt tanquam hæretici condemnari, nam præsumitur ficta conuersio & confessio simulata, & materia ueteris erroris recondita, ar. bon. de pœn. dist. 2. c. si quis in die, nam exitus acta probat, ut dicit poeta, & canon similiter. 24. q. 2. qui ait, & ex post facto ostendunt sibi excessum ueterem placuisse. arg. 2 I q. 1. cum per bellica. circa finem, ibi, ostendentes, illos sane dico excusatos qui authoritate suorum episcoporum hoc dimiserunt, & sufficit si ad primas redeunt pœnitentias, nam excusat eos ecclesiæ iudicium, quale ar. extra qui filij sint legiti. per venerabilem.

De Hæreticis redeuntibus, & conuersis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia redeuntibus iniungeda relinquitur arbitrio inquisitoris.*
2 *Bona hæreticorum an à principibus licite confiscentur & occupentur.*
3 *Redeunti sponte quomodo indulgeatur, & quis dicatur sponte redire.*
4 *Sponte uenire dicitur qui non admonitus nominatim, uenit.*
5 *Conuersi ab hæresi non debent intrare religionem.*
6 *Forma procedendi contra accusatos de hæresi redeuntes post tempus gratiæ.*
7 *Carceratus pro hæresi nullo respectu relaxandus est donec fuerit expeditus.*
8 *Carceris perpetui pœna quando relaxari possit.*
9 *Pœnitentiarum publicarum quadruplex differentia.*
10 *Forma procedendi cum hæreticis redeuntibus post sententiam latam, & postquam sunt damnati, timore mortis.*
11 *Clericus perpetuo carcerandus debet prius degradari.*



VNC seruato primo ordine, de hæreticis redeuntibus & cõuersis est agendum, de quibus dominus Guido fulcodij sic dicit. Quid iniungendum sit talibus redeuntibus diffiniri non
1 potest, † quia committitur arbitrio iudicantium, & aliter cũ simplicibus est agendum q̃ cum prudentibus, aliter cum ecclesiasticis q̃ cum laicis, aliter cum prælatis quàm cum subditis, & omnes circunstantiæ sunt notandæ. de pęn. dist. 2. cap. 1. quia cum multi ex simplicitate in hoc crimen incidunt, credo multorum simplicitati parcendum, ut non excusentur a toto sed a tanto. lxxxvj. dist. tanta. Credo etiam eos qui fauerunt uel receperunt sanguine coniunctos minus puniendos, sicut lex dicit. ff. de receptatoribus. lege vltimą. quamuis magister Laurentius dicat contrarium. argu. can. xxvj. q. 1. cap. de filia prudentum. saluo meliori consilio. Idem dicit quando bona hæreticorum debent confiscari, dicens.

2 Nouissime † quæritur de bonis istorum an a principibus licite occupentur,

pentur,& confiſcentur,& conſtat ꝙ hæreticorum bona confiſcantur. ut extra de hære. uergentis. Sed quid de illis qui ſponte redeunt uel non ſponte,ſed tantum pœnitent & immutantur, certe ad cognitionem fratrum non ſpectat hæc quæſtio, quia tantum propoſita eſt inter cæteras, & forſam expedit eis dare ſuper hoc conſilium certum principibus, uel præces porrigere eiſdem ſuper iſtis, Diſcutio primo & allego ꝙ licite bona detinent omnium prædictorum, nam eo ipſo ꝙ incidunt in crimen videntur bona amiſſa ex die commiſſi criminis, quod ex eo patet, quia rei læſe maieſtatis ex eo die nihil poſſunt alienationis genere in perſonā quancunque transferre,C.ad leg.Iuliam Maieſta.lege quiſquis.ergo idē & hic,quia crimen iſtud exequatur illi, imo grauius iudicatur. extra de hæret. uergentis. poteſt & induci.quia nemo per pœnitentiam deſinit eſſe nocens.ff.de furtis leg. qui ea mente, ego autem hoc non admitto in ijs qui ſponte & ante probationes receptas ſuam hæreſim manifeſtant, nam quamuis ſero cognita, tamen archana reuelant, unde uenia digni ſunt,ut eadem leg.quiſquis.in fine legis. Sed nec de illis uidetur qui poſtea conuicti redeunt,& ſi incarcerentur, quoniam ecclesia non iudicat eos hæreticos uel credentes,ut infra dicam, ergo tanquam hæretici uel credentes puniri non poſſunt,unde in concilio Tho. in illo. ca. ſane autē innocentes.Sed puto contrarium. ſ. ꝙ licite confiſcantur prædictorū bona per ipſa iura.6.q.1.c.Quæro.§.uerum.& dicunt.Honorius. & Archadius imperatores.C.ad leg.Iuli.maieſt.l. Quiſquis cum militibus uel priuatis uel barbaris ſceleſtam iniit factionem, aut factionis illius ſuſceperit ſacramentum uel dederit de nece etiam uirorum illuſtrium, qui conſiliis & conſitorio noſtro interſunt ſenatorum etiam, nā & ipſi pars corporis noſtri ſunt, uel cuiuſlibet poſtremo,qui nobis militat cogitauerit, eadem enim ſæueritate uoluntatem ſceleris & effectum puniri iura uoluerunt,ipſe quidem utpote maieſtatis reus gladio ferietur, bonis eius omnibus fiſco noſtro addictis,filii uero quibus uitam imperatoria ſpecialiter lænitate concedimus,paterno enim deberent perire ſupplicio,in quibus paterni hoc eſt hæreditarii criminis exempla metiuntur à materna & auita omnium ēt proximorū hæreditate ac ſucceſsione habeantur alieni,teſtamētis extraneorū nihil capiāt, ſint ꝑpetuo egētes & pauperes, & infamia ſemper eos paterna comittetur, & ad nullos unquā honores, nulla prorſus ſacramenta peruenіant,ſint poſtremo tales, vt iis perpetua egeſtate ſordentibus,ſit & mors ſolatium,& uita ſupplicium, deniqueiubemus ēt notabiles eſſe infamia ſine uenia qui pro talibus unquam apud nos interuenire tentauerint. & infra,ſane ſi quis ex iis in exordio initæ factionis ſtudio ueræ laudis accenſus ipſe prodiderit factionem, præmio à

nobis & honore donabitur, is uero qui usus fuerit factione si uel sero tamen incognita adhuc consiliorum arcana patefecerit absolutione tamen ac uenia dignus habebitur.

Ijs sic dictis in generali, dicendum quod quidam redeunt tépore gratiæ, qui dam anteq̃ sint citati uel accusati & isti dicuntur sponte uenire, quidam uero quando sunt per sententiam seculari brachio traditi, quidam uero postq̃ deprehensi uel delati uel accusati & citati, & non est in pœnis eorum una conditio, & ideo de singulis specialiter est agendum, & primo de iis qui tempore gratiæ redeunt, de quibus dicit dominus Guido Fulcodij.

3 Quoniam † illis qui sponte redeunt infra tempus gratiæ permittitur & obseruatur impunitas mortis, uidelicet carceris & cõfiscationis, quod fieri credo posse iuxta mandatum domini Papæ & concilium thol. Quæritur hic, qui sponte redire dicantur. Sponte igitur iudicio meo redeunt qui infra tempus gratiæ redeunt, licet in generali sint moniti, non enim coacti uidentur qui in crimine suntpræuenti. Et facit bene ad hanc materiam. ff. de testam. tut. leg. ij. si nemo. cum sequentibus uersiculis. Certe post tempus gratiæ si res est integra, hoc est quia non est personaliter inquisitus, nec probationes cõtra eum receptæ & tunc ei donatur impunitas, quod credo per l. ff. de adopt. l. mãcipiorum, nam si post tempus gratiæ personaliter requiritur & auditur quamuis errorem suum detegat dignus est uenia, & sic sonat canon in suo casu. 33. di. c. ultimo. Quod autem tempus huiusmodi recte præfigatur non est in dubium ab aliquo reuocatum, & possent ex utroque iure multa induci similia hoc nihilominus est a materia alienum.

4 Sponte † ergo uenit qui nõ admonitus nominatim uenit, & colligitur hæc distinctio. C. de iis qui latrones occul. l. ultima. In principio autem secundi concilij sic dicitur mandetis ut omnis qui se uel alios in crimine labis hæreticæ deliquisse comperiuntur compareant coram uobis ueritatem dicturi, assignantes eis terminum cõpetentem, infra quem terminum uenientem tempus gratiæ uocare soletis, quibus tamen alias gratia non est facta, infra quem uenientes petentes & dicentes plenam de se & aliis ueritatem habeant impunitatem, mortis, immurationis exilij, & confiscationis bonorum, & Abba. dicit illi qui sic uenerit supple tempore gratiæ, & qui de se & de aliis plenam ueritatem dixerit & cæt. nõ imponatur publica pœnitentia nisi ipsi sint publici hæretici, credentes, fautores, & defensores, uel receptatores eorum, cũ quibus etiam misericordia ista fiat, quod nõ condemnẽtur ad mortem nec ad carcerem perpetuum, nõ ad peregrinationem longam nimis, sed aliæ pœnitentiæ iniungantur,

quas

quas pro qualitate delicti dicti inquisitores uiderint imponendas. in eodem etiam concilio in fine sic dicitur. Circa uero redeuntes per se sine aliorum accusatione, attendat diligenter inquisitor, ꝙ cautionem pecuniariam præstent, postq̃ iurauerint stare præcise mandatis ecclesiæ & seruare & parere, postea pœnitētia priuata imponatur arbitrio inquisitoris sic redeuntes absoluantur & secum dispensetur, Cle. uero in priuilegio, licet ex omnibus. dicit sic. Si uero aliqui ex prædictis hæretica labe penitus abiurata redire uoluerint ad ecclesiasticam ueritatem eis iuxta formam ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eisdem quod iniungi talibus consueuit prouiso solerter ne simulata conuersione redeant fraudulenter, & uos, immo se ipsos potius fallentes, sub agni specie gerant lupum. Et in concilio secundo sic dicitur, præfatos hæreticos seu uestitos coram discretis aliquibus & fidelibus examinetis, secreto ipsos ad conuersionem prout poteritis inducentes, & conuerti uolentibus fauorabiles uos exhibeatis & benignos, cum per tales multũ fuerit illuminatum negotium, & promotum, ac ipsorum pœnitentias pro qualitate conuersionis & meritis mitigetis, uel quoad uisum fuerit uobis differatis.

5 Item notandum† ꝙ tales sic conuersi non debent intrare religionem, unde in concilio thol. sic dicitur, ne autem per tales religionis simplicitas corrumpatur, nullum de præfatis culpabilibus religionem quãcunq; ingredi, nisi domini Papę uel eius legati indulgentia, permittatis, & si sine ipsorum aut uestri licentia post inceptam inquisitionem, uel si etiam ante uotum cōfessi & canonice absoluti ingressi fuerint reuocetis, quia soli confessori non debet credi de pœnitentia & conuersione hæretici, unde in eodem concilio sic dicitur, utrum autem soli confessori credi debeat de absolutione & pœnitentia defuncti seu uiui, licet satis uideatur, ꝙ non, ne aliquid tamen ecclesiæ possit impingi, domini Papæ respōsio expectetur, absolutis etiam per alios qui absoluere potuerunt ad uestram inquisitionem secundum modum præfinitum pertinentibus non iniunctam ab illis pœnitentiam iniungatis.

Habito igitur de redeuntibus tempore gratiæ & antequàm essent ac-
6 cusati, nunc agendum est de iis qui redeunt post tempus† gratiæ, & postquàm fuerint accusati, conuicti, & condemnati, de quibus sic dicitur in priuilegio Inno. Alex. & Nico. Nouerit uniuersitas uestra. Si qui autẽ de prædictis postquàm fuerint deprehensi redire uoluerint ad agendũ pœnitentiam condignã, in perpetuo carcere detrudẽtur. Et in concilio tholo. primo. de hæreticis autem seu credentibus præfata immunitate indignis, quia ueritatem uel de se uel de aliis contra iuramentum proprium

ſuppreſſerunt, aut prohibuerunt, aut procurauerunt ne ab aliis diceretur, aut tempore gratiæ obedire, contempſerunt etiam comparere, aut crimen ſuum prius per alios q̃ per ſe det gi expectantes, non aliter q̃ nominatim citati uenire curarunt, ſeu alias indigni, peractis tamen abſolute mandatis eccleſiæ obedire & recognoſcere, quam uel ſumpſerãt uel negauerunt ueritatem, conſulimus, ut tales ſecundum ſtatuta domini Papa ſint proculdubio in carcere perpetuo detrudendi, & ſi uobis aliquorũ ſiue propter multitudinem ſiue propter aliam rationabilem cauſam, uideatur forſan ad tempus immutatio differendi, illorum ſaltem qui tã facinoroſi ſunt, ut de ipſorum impœnitentia, uel fuga, uel relapſu, uel corruptione, ſeu turbatione aliorum timeri poſſet nullatenus differatur.

7 Et in eodem† dicitur, circa incarcerandos etiam duximus hoc agendũ uel addendum, ut a carcere, nec uir propter uxorem licet iuuenem, nec uxor propter uirum, nec quisq̃ propter filios, ſeu parentes, ſeu aliter neceſſarios, aut propter debilitatem, uel ſenium, uel aliam cauſam excuſetur, abſque indulgentia ſed. apoſtolicæ ſpeciali in ſecundo concilio ſic dicitur. Damnatos hæreticos relapſos contumaces & fugitiuos redire uolentes ſimiliter & deprehenſos qui uidelicet poſt tempus gratiæ, non niſi nominatim citati uenire curarunt, aut ueritatem ſuppreſſerunt ſcienter, & contra proprium iuramentum, ex apoſtolico mandato in perpetuo carcere detrudatis, nec iniungatis alicui pœnitentiam temporalem, ſed huiuſmodi perpetui carceris pœnam ſeu pœnitentiam ex domini Papæ indulgentia ſuper hoc uobis conceſſa mitigare uel commutare poteritis de prælatorum quorum iuriſdictioni ſubſunt conſilio poſtquàm fuerint in carcere aliquandiu detenti ueſtris humiliter parendo mandatis, & ſigna pœnitentiæ apparuerint in eiſdem, quæ uos ad miſericordiam moueant, ſimulque noueritis expedire, receptis prius ab illis bonis ſatiſdationibus ꝗ iniunctas ſibi pœnitentias pro poſſe facient, & iuramentũ de perſequenda hæreſi & de fide defendenda. ſicut de reconciliandis ſuperius eſt expreſſum, lata etiam in illos ſententia, ꝗ ſi læui argumento cõperiri poterunt, eos de cætero deuiare a fide, pœna debita ſine miſericordia punientur. ea ſemper uobis piãte retenta, ut ſi uideritis negotio fidei expedire, ſine noua etiam cauſa poſſitis ad carcerem reducere ſupradictos. In damnatis etiam fugitiuis, relapſis & contumacibus adhibeatur ante immurationem ipſorum de iuramentis & ſatiſdationis cautela ſuperius memorata. Curetis etiam in talibus immurandis ut fiant iuxta ſedis apoſtolicæ ordinationem ſeparatæ & occultæ camerulæ, ſicut fieri poterit in ſingulis ciuitatibus diœceſum corruptarum, ut alterutrũ uel ſe uel alios peruertere nequeant, & eos enormis rigor carceris non extin-

guat,

guar,quos ab illis qui bona eorum tenuerunt fieri,& in carceribus de ne cessariis prouideri faciatis eisdem secundum statuta concilij thol.

8 Hæc autem † perpetui carceris pœna siue pœnitentia, nulli ab initio de præfatis culpabilibus remittatur, aut in aliam commutetur, nisi uel hæreticos redderet, uel propter eius absentiam euidens mortis periculũ liberis eius aut parentibus imminerct, aut propter aliã causam quæ mul tum iusta & rationabilis uideretur. Sit autem liber accessus uxoris ad ui rum immuratũ,& econuerso,nec cohabitatio denegetur eisdem,siue am bo immurati sint siue alter,cæteris qui propter promissam gratiam, uel propter qualitatem delicti uel propter aliam rationab lem causam im-murandi non fuerint huiusmodi pœnitentias iniungatis, uidelicet ut fidem & ecclesiam quam taliter offenderunt deffendant ad tempus pro uestro arbitrio diffinitum per se uel alios magis idoneos ultra mare uel citra, contra saracenos uel hæreticos & fautores eorum aut aliter fidei & ecclesiæ rebellantes,& in detestationem ueteris erroris eorum portẽt in superiori ueste duas cruces coloris crocei longitudinis duorum palmorum & dimidij,latitudinisque duorum,& in se trium digitorum habentes latitudinem, unam anterius in pectore, & aliam posterius inter scapulas,uestes in quibus cruces portauerint non habentes crocei coloris superiori ueste intellecta supra quam in domo uel extra alia non por tetur,& si fuerint uestiti hæretici uel damnati portent crucem tertiam cõ petentis quantitatis seu coloris eiusdem in caputio uel in uelo,& si forte deierauerint aut induxerint alios ad deierandum,portent in superiori parte duarum crucum quas portare habent in pectore & inter scapulas brachium transuersale palmi uni unius uel circa, & in singulis dentur testimoniales uestræ literæ,hæc eadem continentes. Vobis semper potesta te retenta ut possitis ex causa rationabili pœnitentiis iniunctis addere uel detrahere uel etiam commutare,& hac potestate cõsulimus uos usu ros quotiescunque saluti animarum & utilitati negotij uideritis expedire. Quibus autem fuerint peregrinationes iniunctæ teneantur dictas testi moniales literas ostendere in singulis peregrinationibus ei qui præfuerit ecclesiæ quam uisitauerint, & easdem literas de peregrinatione illa peracta uobis reportare,qui uero transfretauerint,cum fuerint ultra ma re,ut citius poterunt, præsentent se cum uestris literis uenerabilibus patribus Patriarchæ Ierosolimitano & Aconensi,uel alij cuicunque Episco po,uel eorum cuiuslibet locum tenenti, & reportent uobis cum redietint de sua peregrinatione laudabiliter ibidem completa literas cuiuslibet episcopi transmarini.

9 Pœnitentiarum † autem publicarum quadruplex est differentia. Indi-

citur quædam peregrinatio cum habitu nigro, quem deferat cum litera inquisitoris ad sanctum Iacobum,& post in testimonium ueritatis reportet literam fratrum prædicatorum illius conuentus, posset mitti etiam Romam eodem modo. Alia,ut crucem magnam ante & retro,uel solum ante super palium defferat ad voluntatem inquisitoris, Tertia morari ante fores magnæ Ecclesiæ in solemnibus diebus missarum tempore nudis pedibus super palio corrigiam ad colum tenens. Quarta incarceratio ad tempus uel perpetuo, secundum dispositionem inquisitoris una istarum quatuor imponitur.

10 Modo † agendum est de hæreticis redeuntibus post sententiam latã, & postq̃ sunt damnati timore mortis,de quibus dicit imper. in l.cõmissi.sic. Si qui uero de prædictis postq̃ fuerint deprehensi,territi metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem,iuxta canonicas sanctiones ad agendam pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudantur,& in concilio secundo dicitur. Item si aliquis de profesśis uel consolatis timore pœnæ reuerti voluerit ad fidem,debet per Episcopum perpetuo carceri mancipari,ne sub prætextu boni simulati deludatur ecclesia. Hæc autem pœna perpetui carceris potest immutari vel commutari per inquisitores de consilio diœcesani, vt Dominus Bonifacius dicit in sexto,dicens. Illorũ qui vestris humiliter obedientes mandatis stant propter hæresim in carcere uel in muro reclusi, pœnam una cum prælatis quorum iurisdictioni subsunt mitigandi uel mutandi,cum uideritis expedire,plenam cõcedimus facultatem. Sed Inn. in priuilegio quod scribit Episcopo Albien. addit sic. lata in ipsorum liberatioue contra ipsos sententia, quod si læui etiam argumento poterit comperiri eos a fide de cætero deuiare sine misericordia pœna debita puniantur,ac semper tali potestate retenta, ꝙ si vel tu uel inquisitores prædicti uideritis negotio fidei expedire,sine noua etiam causa possitis ad carcerem reducere supradictos.

11 Aduertendum † tamen quòd clericus qui debet poni in perpetuo carcere prius debet degradari. Vnde Alexander in consultationibus dicit. quòd clericus qui est perpetuo immurandus prius debet a suis ordinibus degradari. In sexto autem decret. dicit Alexan. quòd religiosi etiam sunt immurationis pœna uel aliter grauius puniendi quàm seculares si inuenti fuerint in hæresi uel consimilibus deliquisse.

De Hæredibus Hæreticorum ad quæ cogantur, & ad quæ non. Rubrica.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Absoluti ab inquisitoribus si decedant ante peractam pœnitentiam sibi iniunctam seruantur purgatorio.*

2 *Hæredes an poßint cogi satisfacere pœnitentiam iniunctam suo auctori qui deceßit non peracta pœnitentia.*

AD quæ cogantur hæredes hæreticorũ & ad quæ non est ostendendum, & circa hoc dicit dominus Guido. de iis autem † qui ab inquisitoribus absoluti, ante sibi iniunctam pœnitentiã decesserunt credo ꝙ purgatorio seruentur, nec dico aliud hæredibus iniungendum, licet alij scripserint contrarium, nam impositio pœnæ personam sequitur & non transit ad hæredes, quod ex eo manifeste probatur, quia morientibus non imponitur pœna, quod utique fieret si ad hæredes transiret, & canon dicit, ꝙ ignoscenda est eis non iniungenda. 26. q. 7. capitulo primo. Nec obstat si dicas, plerunque puniuntur hæredes pro peccatis parentum. extra de hæreticis. uergentis. uerum est em̃ in confiscatione bonorum, non tamen corporaliter, nam peccata suos debent tenere authores, quo ad pœnam. C. de pœnis. l. Sancimus. & ideo nec pœna iudiciaria potest ad hæredes transire. concordat cum eo Alex. in consultationibus ubi sic dicitur, sunt & alij qui confessi sunt in iudicio de hæresi coram inquisitoribus huius prauitatis, sed anteq̃ eis iniungeretur pœnitentia decesserunt. Respondemus ꝙ postq̃ tales non decesserunt hæretici sed incorporati potius ecclesiæ vnitati, non uidemus ꝙ eis post mortem, uel hæredibus qui ad successionem talium admittũtur sit satisfactio pro extincto iã crĩe iniungendam, in eo uero casu in quo huius hr̃edes ad successionẽ nõ dẽrent ob culpã sui authoris admitti nõ obstãte ꝙ authoribus uiuẽtibus hæc nõ fiũt, intercedẽte morte ꝑ sñiam declaratam ad confiscationem bonorum post mortem nihilominus procedatur, in sexto melius ponitur. c. Accusatus. iuxta finem ibi enim dicitur ad occupandum bona sua post mortem eiusdem nihilominus procedatur. Sed in concilio secundo sic dicitur. ab eorum hæredibus qui confessi & reconciliati non accepta pœnitentia decesserunt satisfactionem congruam exigatis, ne tantum ac tale crimen quod etiam publice in iudicio confessi sunt remaneat in aliquibus impunitum, & idem faciatis de illis qui decesserunt, accepta pœnitentia, nec impleta, si esse in mora ceperunt, uel pro illa complenda se obligauerunt, ut supra tetigimus, bona sua omnia, uel iniunctus fuerit transitus transmarinus.

2 Concordat † cum hoc dicto Alex. in consultationibus dicens. quidã

insuper ut adiicitis pro iis quæ cõmiserunt in hæresi astringunt se inquisitoribus sub obligatione bonorum suorum ad recipiendum ab eis pœnitentiam complendam, sed licet iniuncta, non tamen peracta, quin potius in toto uel in parte neglecta decedunt. Quæritur ergo utrum inquisitores ipsi uel qui in eorum loco succedunt possint ad satisfactionẽ pro ipsis defunctis hæredes uel detentores bonorum sic decedentium coarctare. Ad quod dicimus, ꝙ si per huiusmodi pœnitentiam aliquod onus ad salutem proficiens impositum fuerit in bonis temporalibus exequẽdum, ad complementum ipsius inquisitores cogere debent hæredes uel alios ad quos bona talium cum suo onere deuenerunt. Inn. in priui. legio. super extirpatione prauitatis hæreticæ in locis in quibus contra hæreticos uobis inquisitionis officium est commissum, statuimus obseruandũ, ut hæreticis credentibus fautoribus & receptatoribus, & defensoribus hæreticorum ipsorum ad mandatum ecclesiæ redeuntibus, sub certa pœna pecuniaria iniungatis districte, ꝙ fidem catholicam firmiter teneant & ulterius hæreticis ipsis auxilium, consilium, & fauorem aliquem non impendant, necnon mandatis ecclesiæ obediant, & obseruent præcepta q̃ eis feceritis, uel unus uestrum occasione ipsius hæreticæ prauitatis, & ab eisdem de soluenda huiusmodi pęna si secus fecerint cautio exigatur. Nos autem uobis & singulis uestrum cogendi per censuram ecclesiasticam appellatione remota tam redeuntes uel recidiuantes ipsos quàm fideiussores si opportuerit eorundem ad præstationem uel solutionem huiusmodi pęnæ pecuniariæ ad quam se obligauerunt uel obligauerint, si quod absit, in dictam pœnam inciderint concedimus authoritate præsentium facultatem.

De hæreticis relapsis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Relapsis in crimine hæresis mors debetur.*

2 *Relapsi hæretici qui sint reputandi.*



VLtimo secundum ordinem prætaxatum dicendum est de hæreticis relapsis, de quibus dicit imper. in lege commissi. Item
1 † mortis sententiæ ducimus adiiciendos si quos hæreticorũ ad iudicium tractos in extremo uitæ periculo hæresim abiurãtes postmodum de falso iuramento constiterit, & fide mentita conuinci,

ci,ac eos contigerit eiusdem morbi spontaneam incurere recidiuam, & sibi damnabilius iniquitas sit mentita, & pœnam debitam mendatium non euadat,& in v.decretalium sic dicitur.c.ad abolendam. Illos quoq; qui post abiurationem erroris,uel postquam se(ut diximus) proprij antistitis examinatione purgauerunt, depræhensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse, seculari iuditio sine ulla penitus audientia decernimus relinquendos. Et in concilio Tho.sic dicitur.Et illos qui post abiurationē erroris seu purgationem depræhensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse seculari iudicio sine ulla penitus audientia relinquatis, animaduersione debita puniendos, cum sufficiat tales per falsam conuersionem semel ecclesiam decepisse, præsertim vbi tanta illorum inualuit multitudo licet eis pœnitentibus nequaquam pœnitentia sit neganda.Et Alex.vt habetur in sexto decre.sic dicit,super eo quod scriptum est & legitur.Ecclesia nulli claudit gremiū redeunti,quodq; ij sit qui post abiurationē erroris,uel postquam se proprij antistitis examinatione purgauerint si deprehensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse seculari decernantur iudicio sine ulla penitus audientia relinquendi, cum scripturę huiusmodi uideantur inuicem aduersari, quid tenendum sit edoceri per sedem apostolicam postulatis. Nos itaque inquisitioni uestræ de fratrum nostrorum consilio respondemus, ꝙ taliter deprehensi, etiam si ut dictum est sine ulla penitus audientia sint iudicio seculari relinquendi, si tamen postmodum pęniteant,& pœnitentiæ signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sunt humiliter petita sacramenta pœnitentiæ ac eucharistiæ eis deneganda.

a Qui autem † reputandi sint hæretici relapsi dicit Alex.& habetur in 6. decretalium ubi sic dicitur, Accusatus de hęresi uel suspectus contra quē de hoc crimine magna & uehemens suspitio orta erat,si hæresim in iudicio abiurauit,& postea committit in ipsa,censeri debet quadam iuris fictione relapsus, licet ante abiurationem suam plene non probatum fuerit crimen hæresis contra ipsum. Si autem læuis & modica suspitio illa fuerit,quamquam ex hoc sit grauius puniendus,non debet tamen puniri pęna in hæresim relapsorum.Eum uero qui in una hæresis spē uel secta commisit,aut in uno fidei articulo seu ecclesiæ sacramento errauit,& postmodum hæresim simpliciter uel generaliter abiurauit, si ex tunc in aliam hæresis speciem seu sectam, aut alio articulo seu sacramento committat,uolumus relapsum in hæresim iudicari.Ille quoque de cuius lapsu in hęresim ante abiurationem constiterit uel nunc constat, si post illā hæreticos receptet,deducat,uisitet, seu associet,aut bona uel munera eis donet uel mittat,seu fauorem eis impendat, qui excusari non possit. et

sine

fine adoratione (ut verbis uestris utamur) merito debet iudicari relapsus, cum illum ex approbati a se prius erroris cōsequentia non sit dubium id fecisse. In concilio Thol. sic additur, ꝙ si occasionem aliquam habuerint per quam vehementi suspitione valeant excusari, saltem perpetuo carceri sine dilatione aliqua mancipetur. In concilio uero secundo sic dicitur. Post huiusmodi uero abiurationem supple generalem, quicunque lapsi fuerint, & q non seruauerint, nec fecerint sibi iniunctas pęnitentias, pœna relapsis debita puniantur. Inn. in priuilegio sperabamus. dicit conuocantes ad uos de nouo tam confessos quàm etiam non confessos de hæretica prauitate, siue eis super hoc siue non à uobis pęnitentiæ sint iniunctæ ipsos ad exprimendam ueritatem tam de se quam de alijs suspectis de hæresi compellatis, ita quod si aliqui ex eis reperti fuerint suppressisse in aliquo ueritatem, seu tanquam canes rediisse ad uomitum, indigni omni gratia pœnitus habeantur.

3 Ex ijs † quæ dicta sunt colligere possumus, ꝙ relapsus potest dici aliqs tripliciter, uel quia relabitur in crimē hæresis modis. s. supradictis, & tūc sine misericordia est seculari iudicio relinquendus, uel quia post abiurationem inuenitur periurus, uel quia post abiurationem & purgationem non seruauit pœnitentiam impositam ab inquisitoribus, & istis duobus modis in arbitrio inquisitoris est ut tradatur iudicio seculari uel nō tradatur. Quod posit tradi patet per leg. Federici de relapsis superius positam, & per concilium allegatum ad præsens, & per concilium allegatū superius cum de rebellibus & contumacibus ageretur, quod incipit, Porro. Quod uero inquisitor posit parcere ne tradatur, patet per concilium allegatum, damnatos relapsos & cæt. & per priuilegium Inno. super extirpatione, & per dictum dominum Abba. qui dicit ꝙ si illi q sic uenerint & quibus tanta misericordia sit recidiuauerint, uel reperti fuerint ueritatem de se uel de aliquo non dixisse, ex tunc pœnis contra hæreticos promulgatis subiaceant secundum quòd inquisitori uidebitur expedirę.

De pœnis receptatorum, defensorum, & fautorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Receptatores, defensores, & fautores hæreticorum ipso facto, & ipso iure sunt excommunicati.*

Fauto-

2 *Fautores hæreticorum ipso iure efficiuntur perpetuo infames, & alias patiuntur pœnas, ut ibid.*
3 *Receptatores fautores & defensores relapsi suam culpam humiliter recognoscentes quomodo sint habendi.*
4 *Receptatores hæreticorum priuantur omnibus beneficijs & honoribus, & quid de eorum filijs.*
5 *Hæredes receptatorum, fautorum, & defensorum hæreticorum an & quando possint cogi ab inquisitoribus ad satisfaciendum pro eorum patribus.*
6 *Fautorum hæreticorum pœna.*
7 *Receptaculum hæreticorum quando debeat destrui, uel non.*
8 *Impediens ne capiantur hæretici qualiter puniatur.*
9 *Opponens se exequenti circa officium inquisitionis qualiter puniatur.*
10 *Constitutiones papales destruens punitur ut publicus fautor hæreticorum.*
11 *Laici disputantes de fide debent excommunicari.*

DIcto de pœnis hæreticorum & credētium, nunc dicendum est de pœnis receptatorum, defensorum, & fautorum, sed primo dicemus de pœnis talium, secundo de pœnis illorum qui non sunt tales, sed uel puniuntur ut fautores, uel sunt eis similes, uel quasi puniuntur vt tales. Ad dicendum de receptatoribus & cæteris, primo dicemus de pœnis cōmunibus receptatorum, defensorum, & fautorum, secundo dicemus de pœnis specialibus receptatorum, & defensorum. nunc igitur dicamus de pœnis communibus prædictorum.

1 Et primo sciendum ꝙ † ipso facto & ipso iure sunt excommunicati. Vnde in priuilegio Inno. Alex. & Nicolai, Nouerit uniuersitas, sic scribitur. Receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationis sententiæ decernimus subiacere, idem dicitur in v. decretalium de hæreticis, cap. excommunicamus. & habetur supra ubi tractatum est de credentibus. Item imper. dicit, ꝙ patarenorum receptatores & complices & quomodocunque fautores, qui ut a pœna alios possint eximere de se uel de improuidis non formidant, publicatis bonis omnibus, relegandos in perpetuum esse censemus, & ipsorum filij ad honores aliquos nullatenus admittantur, si tamen aliquis fautorum detexerit aliquē patarenum de cuius perfidia manifeste probatur, in fidei præmium quā agnouit famæ pristinæ de imperiali clementia restitutionis beneficium in integrum consequatur. Et infr. dicit, credentes præterea receptatores

&

& defensores, & fautores hæreticorum bannimus, statuentes, ut si postq̃ quilibet taliũ fuerit excõmunicatione notatus satisfacere cõtempserit infra annum, extunc ipso iure sit factus infamis, & ad publica officia seu consilia uel aliquos elligendos huiusmodi nec ad testimonium admittatur, sit etiam intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat, nullus ei præterea super quocũque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur, q̃ si iudex extiterit eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur, si tabellio, eius instrumenta confecta per manum ipsius nullius penitus sint momenti. Idem continetur. in v. decreta. de hæreticis. cap. excommunicamus, & in prædicto priuilegio. nouerit uniuersitas, sed in constitutionibus Clementis ipso iure prædicti cadunt ad pęnas, ubi sic dicitur.

2 Quicunque † uero deprehensus fuerit dare alicui hæretico auxilium consilium uel fauorem, præter aliam pęnam superius & inferius prætaxatam, ex tunc ipso iure in perpetuum sit factus infamis, nec ad publica officia &cæt. In prædicto priuilegio nouerit uniuersitas, additur. Iudices aduocati & notarij, nulli eorum. s. hęreticorum creden. receptatorũ defensorum & fautorum officium suum impendat, alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Item clerici non exhibeant huiusmodi pestilẽtibus ecclesię sacramenta, nec elemosinas aut oblationes eorum recipiãt. Similiter hospitalarij aut templarij aut quilibet regulares alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquã restituantur absque indulto sedis apostolicæ speciali. Inno. in priuilg. Cum uos inquisitores, concordat cum aliquibus prædictorum, scribens inquisitoribus, & dicens, præcepit omnibus dominis temporalibus & rectoribus q̃ omnes qui per inquisitores, uel per alios de mandato eorum pro hæreseos crimine, uel pro receptatione, uel defensione ac fauore hæreticorum, excommunicationis uinculo innodati uel denuntiati excommunicati fuerint publice bonis confiscatis eorũ banno exponantur publico, alias contra eos temporaliter prout expedire uidebitur in fulcimentum catholicę fidei potestate sibi traditta processuri.

3 Quid † autem debeat fieri de recep. defen. & fautoribus relapsis, quãdo humiliter suam culpam recognoscunt, dicitur in concilio Thol. cum dicitur. Illi autem qui cum receptatores defen. & fautores notati, extiterint & reconciliati fuerint, seu mandatis ecclesiæ iurauerint obedire, in culpa reciderint abiuratam, seu pœnitentias contumaciter refugerint accipere uel implere, si postea moniti uel non moniti, reatum suum humiliter

liter recognoſcentes uoluerint emendare,receptis ab ipſis talibus & tan tis ſecuritatibus præter iuratoriam cautionem,ꝙ timore pœnæ temporalis debeant coherceri, talem eis pœnitentiam iniungatis quæ mœctus poſsit eſſe aliorum, alioquin aduerſus eos quantum de iure poteritis ꝓcedatis. Nõ ſolũ autẽ hæretici & fautores & alij prædicti priuantur hono ribus ut dictum eſt. Sed etiã filij & nepotes,unde imper.dicit ſic,Cæterũ quia quanto maiora diuinæ nutu miſerationis accepimus, & altiorem locum præ filijs hominũ obtinemus,tanto deuotiora &cæt. ſi quando in noſtri nominis contemptores noſtri culminis ex cauſa deſit authoritas, ſi reos læſe maieſtatis in perſonis eorum & liberorum ſuorum exhæreda tione damnamus, multo fortius iuſtiuſque contra Dei blaſfematores & nominis Chriſti & catholicæ fidei detractores prouocamur,eorũdem hę reticorum receptatorum, & aduocatorum, & fautorum ſuorum hæredes & poſteros uſque ad ſecundam progeniem beneficijs cunctis temporalibus,publicis officijs, & honoribus imperiali authoritate priuantes, ut in paterni memoriam criminis continuo mærore tabeſcant,uere ſciẽtes ꝙ Deus zelotes eſt peccata patrum in filios potenter ulciſcens, Nec quid à miſericordiæ finibus duximus excludendum, ut ſi qui paternæ hæreſis non ſequaces latentem patrum perfidiam reuelauerint, quacũque reatus illorum animaduerſione plectantur, prædictæ punitioni non ſubiaceant innocentiæ filiorum. Sed & Alex.ut habetur in ſexto ſic dicit.hæretici autem credentes recep.& defen. uel fautores eorum,ipſorum filii uſque ad ſecundam generationem ad nullum eccleſiaſticum beneficium ſeu officium publicum admittantur. In concilio ſecundo dicitur, quòd non ſolum non ſunt admittendi ſed etiam priuandi.

4 In priuilegio † uero. Nouerit,additur, Nos enim prędictos ex nunc priuamus beneficijs acquiſitis,uolentes ut tales & habitis perpetuo careant, & ad alia ſimilia nequaquam in poſterum admittantur, quod ſi ſecus actum fuerit decernimus irritum & inane. Bonifa.uero in eodem ſex to ſic dicit,concedimus facultatem priuandi præterea,uel priuatos nunciandi,& officiis publicis, & honoribus quibuſcunque, de diœceſanorum.uel eis abſentibus uicariorum ſuorum conſilio dignitatibus ac aliis beneficiis eccleſiaſticis hæreticos eoſdem,credentes,recep. & def.eorũque filios & nepotes. Sed inferius Bonifa. prædictis declarat ꝓdicta quo ad quædam,ſic dicens. ſtatuta Fe. Re.Inno.Alex.prędeceſſorum noſtrorum,ne uidelicet hæretici credentes recep.defen.& fautores, ipſorumq; filij uſque ad ſecundam generationem, ad aliꝙ beneficium eccleſiaſticum,ſeu publicum officium admittantur, quod ſi ſecus actum fuerit ſit irritum & inane,primum & ſecundum gradum & paternam lineam cõ-

prehendere

prehendere credamus, per maternam uero ad primum duntaxat uolumus hoc extendi. Hoc sane de filijs & nepotibus hæreticorum credentium & aliorum huiusmodi, qui tales esse uel tales etiam decessisse probantur intelligendum esse uidetur non autem illorum quos emendatos esse constiterit, & reincorporatos ecclesiæ unitati; Et pro culpa huiusmodi ad mandatum ecclesiæ pœnitentiam recepissent, quam ipsi uel iã perfecerunt, uel humiliter prosecutioni eius insistunt, uel parati fuerint ad recipiendum eandem.

5 Quando autem † hæredes receptatorum & def. ac faut. debeant cogi per inquisitores ad satisfactionem pro patribus uel non, declarat Alexan. & habetur in sexto, ubi sic dicitur. Si uero pro ijs qui in hæresim receptando uel defendendo hæreticos, non tamen existens hæreticus quis commisit sub obligatione bonorum suorum inquisitoribus se astrinxit ad recipiendum ab eis pœnitentiam & complendam, & ea licet iniuncta non tamen peracta decesit, si per huiusmodi pœnitentiam onus impositum fuerit proficiens ad salutem, & in dictis bonis temporalibus exequendis ad complementum ipsius per inquisitores cogi debent hæredes alij ad quos cum onere suo bona huiusmodi deuenerunt. Inno. scribens inquisitoribus Lombardiæ, Romandiolę, Marchiæ Anconitanæ & Taruisinæ ord. prędicatorum sic dicit. Cum ven. frater noster Albanus episcopus authoritate nostra super extirpatione prauitatis hæreticæ inter alia duxerit statuendum, ut inquisitores hæreticorum in prouincia Lombar. & credentibus recep. fau. & defensoribus hæreticorum ad obedientiam ecclesiæ redeuntibus, sub pœna pecuniaria exigerent cautionem, quòd fidem catholicam firmiter teneant, et ulterius fauorem aliquem hæreticis non impendent, & statutum huiusmodi approbauerimus, & ex abũdanti, ut firmior maneat, uidetur in hac parte processus prædicta uobis & alijs quos in huiusmodi ministerio contigerit subrogari, authoritate præsentium duximus committenda, & nota ꝙ approbauit Papa ordinationem & cõsultationem domini Albani. Porro si pp hmõi hęreticorum receptatorũ defensionem seu fauorem ad faciendam pœnitentiam quã inquisitores iniungere ipsi uellent bona obligauerit eisdem, & antequã iniungeretur ei pœnitentia decesserit, eius hæredibus non est satisfactio pro extincto iam crimine iniungenda, in eo uero casu quo hæredes huiusmodi ad successionem non deberent ob hæresim sui auctoris admitti non obstante ꝙ, aut cusante ipso uiuente hoc non fuerit interueniente ipsius morte, per sententiam declaratum, ad occupandum bona sua post mortem eiusdem nihilominus procedatur. Sacerdotes insuper & alij clerici qui negotium inquisitionis instruendo citatos hæreticos uel eorum credentes

credentes de celanda ueritate uel dicenda falsitate,seu eos indebite liberando inuenti fuerint impedire, cum non sit dubium ipsos ea facere in fauorem hæreticæ prauitatis, per inquisitores a talibus compesci possunt, & pœna debita castigari tam per captionem personarum quàm aliàs ut culpa exegerit delinquētis Religiosi etiam sunt immurationis pœna, uel aliter grauius puniendi quã seculares si inuenti fuerint in hæresim uel cõ similibus deliquisse.Idem C.de apostatis l. ultima.in princ.

Dicto de pœnis communibus receptatorum defen. & faut.eorumq; filiorum & hæredum,nunc dicendum est de pœnis specialibus defensorum uel receptatorum † & primo de defensoribus est dicendum,de qui-
6 bus dicit sic imper. in lege commissi nam primo præcipit rectoribus ꝙ hæreticos debeant capere, eosque arctius custodire donec per censuram ecclesiasticam damnatos damnabili morte perimant,qui fidei sacramenta & uitæ damnabãt,simili quoque pœna plecti censemus omnes quos ad fouendũ hæreticorum errorem callidus hostis suscitat aduocatos, uel parat illicitos defensores,maxime cum facinus par quos inquinat æquat nisi monitione præmissa destiterint,& eorum uitæ duxerint consulendum.De pœnis autem specialibus tam receptatorum q̃ defensorum sic dicit imper.Patarenorum. Adiicimus insuper ꝙ domus patarenorum recep. & defensorum & fautorum siue ubi docuerant, siue ubi manus aliis imposuerunt destruantur,nullo tempore restituen. In concilio uero secundo sic dicitur, domos autem in quibus inuenti sunt uel fuerint hæretici uiui uel mortui uestiti seu damnati scientibus & consentientibus dominis domorum existentibus legitime ætatis dirui faciatis,& bona omnia ibidem tunc habitantium confiscari, nisi suam innocentiam & iustã ignorantiam probare potuerint manifeste, quoque bona hæreticorum & credentium quos damnaueritis uel pro hæreticis uel ad murum faciatis similiter confiscari.

7 In constitutionibus uero Clemen.sic dicitur.domus† autem in qua repertus fuerit hæreticus uel hæretica sine ulla spe reædificandi funditus destruatur, nisi dominus domus illius eos ibidem procurauerit reperiri, & si dominus illius domus habuerit alias domos cum ea appendices cũ una eademque domus interdum diuersis & cohærentibus mansionibus distinguatur,omnes illæ domus appendices siue in domo illa siue in eius appendicibus hæreticus uel hæretica deprehẽsus fuerit, similiter destruãtur,& bona quæ fuerint in domo illa inuenta ipsiusque appendicibus,nisi forte legitime per testes fide dignos & omni exceptione maiores ipsa bona esse aliarum personarum quàm domini domuum earundem constiterit,publicentur,& fiant aufferentium, nisi aufferentes fuerint in huiusmodi

huiusmodi officio constituti,& insuper dominus domus illius præter notā infamiæ perpetuæ quam incurrat imponat communi ciuitatis uel loci lib. 50,prouenié. ueg.imper.in pecunia numerata,quam si non soluerit in perpetuo carcere detrudatur.Quæ autem de domorum & appenditium destructione, bonorum publicatione, ac pœnarum impositione facien. domino domuum earundem,præmissa sunt,uolumus obseruari,nisi forte diœcesano uel eius absentia ipsius uicario una cum inquisitoribus seu inquisitore hæreticorum uel soli ipsi diœcesano quando inquisitorum uel inquisitoris præsentia de facili haberi non poterit legitime constiterit per testes fide dignos & omni exceptione maiores præfatarum domorum dominos in hoc casu penitus innocentes & prorsus inculpabiles extitisse, ac etiam eos non esse credentes uel recep. uel defen. siue fautores hæreticorum seu de hæretica labe suspectos,quos nec in domibus uel appendicibus,nec bonis eiusdem , seu quouis modo puniri uolumus , si vt dictum est apparuerint innocẽtes. Burgus autem ille seu castrum in quo hæretici capti fuerint uel inuenti componat communi ciuitatis uel loci in cuius districtu est centum lib. & uilla quinquaginta , & uicinia tam burgi q̃ castri & ciuitatis lib. xxv. prouenien.uel imper.in pecunia numerata,nisi infra quintum diem receptatores ipsorum captos præsentauerint potestati,siue alii præsidenti regimini ciuitatis,nisi forsam per legitimas probationes diœcesano uel in eius absentia ipsius uicario una cum inquisitoribus seu inquisitore hæreticorum , uel soli ipsi diœcesano quando inquisitorum uel inquisitoris præsentia de facili haberi non poterit plene & euidenter constiterit ꝙ ipsos capere nullatenus potuissent,& eos ad captionem & præsentationem huiusmodi faciendas sufficientem & congruam adhibuisse sollicitudinem & cautelam , & in eisdem constitutionibus dicit clemens .

8 Quicunq; aũt hæreticum uel hæreticam captum uel captam aufferre de manibus capientium uel capientis ausus fuerit,uel defendere ne capiatur,seu prohibere aliquem intrare domum aliquam,uel curtem, siue locum aliquem ne capiantur , & inquiratur ibidem iuxta legem Paduæ promulgatam per quondā Fedencum olim Imperatorem Romanorum, publicatis bonis omnibus in perpetuum relegetur , & domus illa a qua prohibiti fuerint , sine spe reedificandi funditus destruatur, nisi forte diœcesano,uel in eius absentia ipsius uicario una cum inquisitoribus uel inquisitore hæreticorum , uel soli ipsi diœcesano , quando inquisitorum uel inquisitoris præsentia de facili haberi non poterit, legitime constiterit præfatæ domus dominum in hoc casu penitus innocentem , & prorsus inculpabilem extitisse,ac etiam eum non esse credentem,uel recepta

torem

torem, aut defensorem, siue fautorem hæreticorum, seu de hæretica labe suspectum. Et semper bona quæ ibi fuerint reperta fiant capientium uel inquirentium ac si hæretici fuissent ibidem inuenti nisi forte p̄dictis, ut dictum est, legitime constiterit per testes fide dignos & omni exceptione maiores ipsa bona esse aliarū personarum q̄ domini domus eiusdem. Et tunc propter hanc impeditionem uel prohibitionem specialem, Burgus uel castrum componat communi in cuius districtu est, lib.cc.& uilla cc. & uicinia tam burgi quàm castri & ciuitatis lib.l.prouenien.siue imponen.in pecunia numerata, nisi in quintum diem ipsos defensores uel defensorem hæreticorum potestati uel rectori captos duxerint personaliter præsentandos, uel nisi forsam per legitimas probationes, diocesano uel in eius absentia ipsius Vicario una cum inquisitoribus uel inquisitore hæreticorum, uel soli ipsi diocesano, quando inquisitorum aut inquisitoris præsentia haberi non poterit, plene ac euidenter constiterit q̄ ipsos uel ipsum capere nullatenus potuissent, & eos ad captionem uel præsentationem huiusmodi faciendas sufficientem & congruam adhibuisse sollicitudinem & cautellam.

Dicto de receptatoribus defensoribus & faut.& pœnis eorum, nunc dicendum est de similibus, & eorum pœnis & primo de ijs qui oppon̄ut

9 † se officio, de quibus dicit Clemens in priuilegio licet ex omnibus. Cæterum si forte (quod nō credimus) aliqui cuiuscunque conditionis huic negotio uobis commisso se opponere, & illud præsumpserit aliquatenus impedire, ut non posit procedi libere in eodem. contra illos uero q̄ idem negotium requisiti iuxta officium & posse suum, nō iuuerint seu fouerint studiose, statim eadem authoritate intrepide procedatur secūdum canonicas sanctiores. Concordat Alex.in priuilegio, licet ex omnibus mundi. Item dicit Inno.in priuilegio.licet ex omnibus, sic dicens, q̄ si forte (quod non credimus) aliqui cuiuscunque conditionis huic negotio uel prædicatonis crucis officio contra hæreticos per uos & alios, prout dudum, per literas apostolicas est dispositum exequendo se opponere, seu illud præsumpserint aliquatenus impedire, ut non possit procedi libere in eisdem, imo nisi requisiti utrumque fouerint, & iuxta officiū & posse suum singuli iuuerint studiose, contra eos tanquam hæreticorū fautores & defen. secundum sanctiones canonicas eadem fræti authoritate intrepide procedatis. Item de opponentibus se officio dicit dominus Alban.in quadam sua ordinatione. & sic inquisitoribus se manifeste opponentibus & iis quibus iurant ne dicatur ueritas ex nunc prima uice puniantur secundum qualitatem delicti, & si in iis relabantur, sine misericordia puniantur.

L Nec

10 Nec † soli prædicti puniuntur sicut fautores sed et illi qui destruunt constitutiones papales: unde Clem. in constitutionibus sic dicit. Si quis autem de cætero aliquod istorum statutorum seu constitutionum attentauerit delere diminuere, uel mutare sine authoritate sedis apostolicæ speciali, potestas Capitaneus seu consul uel alius quis rector qui pro tempore fuerit in illa ciuitate uel loco teneatur eum tanquam defensorem hæreticorum publicum & fautorem secundum formam præscriptã perpetuo publice infamare atque punire in libr. l. prouenien. uel imponatur in pecunia numerata, quod si exigere non poterit eum banno maleficij supponat de quo eximi non ualeat nisi soluerit duplam dictæ pecuniæ quantitatem. sed sciendum etiam est, ꝙ illi qui participant cum hæreticis cred. recep. defen. & fautor. excommunicatis possunt excommunicari, ut dicitur in priuilegio Inno. Alex. & Nicolai Nouerit uniuersitas, ubi sic dicitur. Siqui autem tales postquam ab ecclesia fuerint denotati euitare contempserint, excommunicationis sententia percellantur, alias animaduersione debita puniendi. Idem dicit Greg. ix. in priuilegio excommunicamus, & idem habetur in quinto decretalium ca. excommunicamus.

11 Debent † etiam excommunicari laici disputantes de fide, unde in eodem priuilegio dicitur. Item firmiter inhibemus ne cuiquam laicæ personæ publice uel priuatim liceat de fide catholica disputare qui uero contra fecerit excommunicationis laqueo innodetur. Item habetur. C. de summa Trinitate. l. nemo clericus, & ibi ponitur temporalis pœna. quilibet etiam tenetur reuelare hæreticos alias debet excommunicari, unde in eodem priuilegio sequitur. Item si quis hæreticos sciuerit occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium uita & moribus dissidentes, uel discedentes, eos studeat indicare confessori suo uel alij per quem credat ad prælati sui & inquisitorum hæreticæ prauitatis noticiam peruenire alioquin excommunicationis sententia percellatur. Item iudices, aduocati, & notarij, nulli eorum officium suũ impendant, alioquin officio perpetuo sint priuati. Imper. uero dicit q̃d nullus pro eis debet interuenire alioquim ab eo puniri debet, dicens in lege Inconsutilem, sic, apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat, quòd si fecerit, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito cõuertemus. In prædicto uero priuilegio. Nouerit uniuersitas uestra. sic dicitur, item clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta, nec elemosinas, aut oblationes eorum recipiant, similiter hospitalarij, aut templarii, aut quilibet regulares, alioquim suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis apostolicæ


stolicæ speciali, Item quicunque tales præsumpserint ecclesiasticæ tradere sepulturæ usque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerit subiacere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus extumulent, & proiiciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetua careat sepultura, in sexto uero Clem. sic dicit. Denique ut circa præmissa plene uobis & singulis uestrum constitutionis expedita inuiolabiliter adsit authoritas, uolumus ut ea omnia uiriliter exequamini, si opus fuerit inuocato auxilio brachii secularis, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus aliquibus priuilegiis uel indulgentiis quibuscunque, cuiusuis personis conditionis dignitatis uel gradus religionis uel ordinis, communitatibus, uel uniuersitatibus ciuitatis uel locorum specialiter uel generaliter sub quacunque uerborum expressione uel forma à memorata sede concessis uel in posterum concedendis, cum ex huiusmodi uel aliis priuilegiis uel indulgentiis nullum uobis in tantæ pietatis negotio uolumus obstaculum interponi, & constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. In cod. de hæreticis leg. damnato. capitu. nec uero impios libros nefandi & sacrilegi Nestorii aduersus uenerabilem ortodoxorum sectam, decretaque sanctissimi cœus antistitum ephesi habiti scriptos habere aut legere aut describere quisquam audeat, quos diligenti studio requiri ac publice comburi decernimus, Et subiicitur pœna in fine legis. Scientibus uniuersis uiolatorem huius legis publicatione bonorum esse cohærcendum. Puniuntur etiam pœna deportationis, ut habetur. C. de hæreticis, l. quicunque. §. nulli &cæt.

TETIA PARS TRACTATVS.

DE ijs quæ pertinent ad executionem officij inquisitionis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Officium inquisitoris debet esse liberum sine aliquo impedimento.*
2 *Delegatus uel subdelegatus Papæ non possunt impedire officium inquisitoris.*
3 *Magister ordinis prædicatorum, nec prior conuentualis uel prouincialis possunt impedire officialem eiusdem ordinis in procedendo.*
4 *Episcopi & alij superiores non possunt impedire processum inquisitorum.*
5 *Impedientibus officium inquisitoris quæ pœnæ debeantur.*
6 *Episcopus negligens in expurgandis hæreticis qualiter puniatur.*
7 *Fautores hæreticorum qui dicantur.*
8 *Inquisitor non potest procedere contra episcopum & alios superiores, sed debet insinuare factum summo Pontifici.*
9 *Excommunicati & complices hæreticorum an poßint recipi ad testimonium in causa hæresis.*
10 *Suspecti possunt esse testes in causa hæresis.*
11 *Exceptiones quæ admittantur contra testes in causa hæresis. & numero 18.*
12 *Calumniatoris pœna quæ sit.*
13 *Accusatores quomodo poßint impedimentum afferre officio inquisitionis.*
14 *Domicilij mutatio non liberat inquisitum citatum à processu inquisitoris.*
15 *Forma procedendi contra inquisitos absentes. & nu. 16*
17 *Inquisitus comparens non potest appellando impedire processum inquisitoris.*



INCIPIT tertia pars tractatus huius operis, s. de executione officij inquisitionis contra hæreticos cred. recep. defen. & faut. & alios qui contra officiũ in aliquo se opponunt, uel aliquatenus impediunt, uel non iuuant secundum posse suum quando fuerint requisiti.

Ad

1 Ad euidentiam† dicendorum præsciendum, est ꝙ primo est ostendendum qualiter officium inquisitionis in inquirendo & procedendo contra prædictos est liberum & expeditum propter remotionem multorũ impedimentorum. Secundo est ostendendum qualiter processus officij fiat & fieri debeat sine figura & strepitu iudiciorum. Tertio quæ sententia & qualis debet fieri contra hæreticos & alios prædictos,& quinto de executione sententiæ est tractandum. Circa primum. s. ꝙ officium inquisitionis est in procedendo liberum & expeditum, est præsciendum ꝙ posset esse defectus & impedimentum ne per inquisitorem libere procederetur ex parte superiorum,ex parte officialium, ex parte testium, ex parte accusatorum,Et omnia ista impedimenta tolluntur, & etiam alia ut inferius ostendetur.

2 Nam delegatus† uel subdelegatus Papæ non possunt impedire ne procedatur.unde Vrbanus scribit inquisitoribus Lombar.dicens, ne inquisitionis officium siue negotium contra damnatam hæresim prudentiæ uestræ commissum, & in posterum committendum impediri, ꝙ absit, uel etiam retardari contingat, uobis authoritate præsentium indulgemus, ut nullus apostolicæ sedis delegatus ab eo conseruator aut etiam consecutor à sede deputatus eadem seu etiam deputandus in uos & decem & octo notarios siue scriptores uestros super iis uobis fideliter exequentes, quandiu in prosecutione huius negotij uos & ipsi fueritis, posit excommunicationis uel suspensionis aut interdicti sententiam promulgare absque mandato prædictæ sedis, faciente plenam & expressam de hac indulgentia mentionem.decernentes irritum & inane si secus à quocunque fuerit attentatum.

3 Item nec† magister ord.prædicatorum, nec prior prouincialis uel cõuentualis posint impedire inquisitores eiusdem ordinis, & eodem modo est de prælatis minorum. Vnde ille Vrbanus scribit inquisitoribus utriusque ordinis dicens,Catholicæ fidei negotium quàm plurimum insidet cordi nostro in uestris prosperari manibus, ac de bono in melius procedere cupientes, ac uolentes omne ab eo impedimentum omneque obstaculum ammoueri,præsentium uobis authoritate mandamus, quatenus in eodem negotio de diuino & apostolico fauore confisi,omni humano timore postposito, constanter ac intrepide procedentes contra extirpandam hæreticam prauitatem tam de Lombardia & Tuscia, q̃ de omnibus aliis Italiæ partibus cum omni uigilantia omnique studio laboretis,& si forsitan magister & minister generales,aliique priores & ministri prouinciales ac custodes seu guardiani aliorum locorum uestrorum ordinum, prætextu quoruncunque priuilegiorum seu indulgentiarum

eiusdem sedis apostolicæ dictis ordinibus concessorum aut concedendo rum in posterum, uobis uel al. cui uestrum uel aliquibus iniunxerint, seu quocunque modo præceperint, ut ad tempus uel quo ad certos articulos certasve personas negotio supersedeatis eidem, nos uobis & uniuersis & singulis authoritate apostolica districtius inhibemus, ne ipsis obedire in hac parte uel intendere quomodolibet præsumatis. Nos enim priuilegia seu indulgentias huiusmodi quantum ad hunc articulum tenore præsentium reuocantes, omnis excommunicationis interdicti, & suspensionis sententias, si quas in uos uel in uestrum aliquos hac occasione fieri contigerit prorsus decernimus irritas & inanes, nam si prædicta sedes interdũ prælatis aliquibus uestrorum ordinum per suas literas sub certa forma committat ut ad exercendum inquisitionis officium contra hæreticam prauitatem, & aliquos suorum ordinum fratres assumere ualeant, ipsosque non expedire uiderint ammouere, ac alios subrogare, non tamen per hoc ꝙ ipsis ea duntaxat de causa in hac parte committitur, quia de fratrum suorum ordinum idoneitate pleniorem habere notitiam præsumũtur aliqua eis super huiusmodi negotio uobis immediate a prædicta sede commisso, & committendo, facultas uel iurisdictio attribuitur seu potestas.

4 Item nec ipsi † episcopi & superiores possunt impedire ne procedatur, licet multa habeat inquisitor facere cum episcopis uel eorum uicariis, uel cũ uicario capituli uacante episcopatu, mortuo uel ammoto suo episcopo, quia si uolent impedire contra conscientiam & iustitiam episcopus uel superior essent suspensi per triennium, & Vicarij prædicti essent excommunicati, a qua excommunicatione non possunt absolui nisi a summo pontifice. Hæc superius posita sunt cum de pœna inquisitorum in prima parte tractatus ageretur, sed non potest esse impedimentũ & defectus ex parte officialium, ne libere procedatur in officio, quia hoc leuiter pt aufferri, q̃ a tales aut sunt rectores, aut sunt officiales ipsius officij. Si sunt rectores, posset officiũ impediri occasione eorũ uel p eos tripliciter, primo si essent excõmunicati, uel solum rectores de facto & nõ de iure, & istud impedimentum tollitur per Alex. & habetur l. vj. ubi dicitur, præsidentes regimini alicuius prouinciæ siue loci, licet excommunicati uel de facto tamen & non de iure iurisdictionem habentes, ac eorũ officiales ad requisitionem ordinariorum uel delegatorum ipsorum aut inquisitorum hæreticæ prauitatis non ualentium sine moræ dispendio uel negotij periculo recursum habere ad superiores qui legitime in locis ipsis possint iustitiam & suum officium assequi, possit & debet contra hæreticos. cre. fau. recep. & defensores eorum iustitiam & suum officium

cuium exercere, nec requirentes huiusmodi excõmunicatos propter hoc excommunicationis sententiam incurrant, non tamen præsidentibus ipsis uel officialibus eorundem propterea in aliis casibus aliquid intelligatur concessum uel permissum. Secundo occasione rectorum posset impediri officium, si essent negligentes, q̃ quidem tollitur quia possent cogi per inquisitores q̃ seruent & obseruari faciant omnes constitutiones cõtra hæreticos editas per censuram ecclesiasticam. s. per excommunicationem in personas, & per interdictum in terras, sicut patet ex constitutionibus Clemẽtis in priuilegio. Et non solum rectores sic possunt cogi sed etiam communitates, sicut patet ex priuilegio Alex. Cupientes. Clemens uero sic primo dicit scribens oĩbus rectoribus, uniuersitati uestræ &c. sicut superius habetur, cum de officio rectorum actum est. Sed Alex. scribens inquisitoribus in priuilegio cupientes sic scribit. Discretioni uestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus uos & singuli uestrum omnes communitates ciuitatum & locorũ Lombar. & Marchiæ Ianuen. ad recipiendum & obseruandum constitutiones apostolicas contra hæreticos editas, & etiam leges quas quondã Federicus olim Roma. Imper. tũc in deuotione sedis apostolicæ existens aduersus hæreticam prauitatem edidisse dignoscitur, nec non & omnia statuta ab eis ut dicitur edita quæ prædictis constitutionibus & legibus quomodolibet obuiare, seu processum inquisitionis huiusmodi faciendæ impedire uidentur, prorsus abradãt de capitularibus suis, & similia de cætero nõ attẽtẽt, monitione præmissa per excommunicationis in personas, & in terras eorum interdicti sententias appellatione remota cogatis, non obstante si aliquibus de partibus illis ab eadem sede indultum existat, q̃ excommunicari, seu terræ ipsorum ecclesiastico interdicto supponi non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam de indulto huiusmodi mentionem, aut quibuslibet aliis indulgentiis uel literis apostolicis p̃ quas attributæ uobis iurisdictionis effectus impediri ualeat seu etiam retardari.

5 Non solum autem inquisitores possunt cogere communitates & rectores per censuram ecclesiasticam sicut modo dictum est, sed etiam ipsi rectores cadunt ad multas pœnas si negligentes fuerint, sicut patet per ea quæ dicta sunt cum de pœnis rectorum ageretur in primo tractatu. Tertio impediri posset officium quando rectores facerent contra constitutiones, uel opponerent se officio uel impedirent, & tunc ipso iure ipsi & eorum officiales, si sunt culpabiles, & qui dant eis consilium auxilium & fauorem sunt excommunicati maiori excommunicatione, quam si p̃ annum animo sustinuerint pertinaci, uelut hæretici debent condemnari,

& adhuc rectores cadunt ad magnas pœnas, sicut patet superius cum de pœnis rectorum dictũ est in primo tractatu, si uero per officiales ipsius officii siue notarii, quorum occasione officium impediri potest multipliciter impedimentum tale læuiter tollitur, quia si fuerint negligentes, inquisitores possunt eos facere ammoueri & alios loco eorum subrogari, ut patet in constitutionibus Clem. & habetur superius in prima par. tractatus.ubi agitur de officialibus.si uero fuerint infideles, sunt ammouendi & puniendi per potestates ad dictum inquisitorum, sicut patet ex prædictis constitutionibus, & habetur superius cum de pœna officialiũ dictum est in prima parte tractatus, si uero fuerint pauci numero, & non sufficientes, potestas tenetur tot instituere quot fuerint necessarij secundum iudicium inquisitorum, sicut habetur in prædictis constitutionibus Clementis & supra dictum est in prima par. tractatus, cum de officialibus ageretur, similiter potest esse defectus ex parte notariorum, quia possunt cogere inquisitores omnes notarios cuiuscunque status & conditionis, & maxime fratres sui ordinis ad scribendum ea quæ sunt necessaria ad dictum officium. Sed si notarius non inueniretur, tunc possunt assumere inquisitores duas religiosas personas siue duos uiros idoneos ad prædictum tabellionatus officium exercendum, & hæc habentur in sexto decretalium. Et in priuilegio Clemen. licet ex omnibus & supra in fine primæ partis, tractatus, & ꝙ maius est ad hoc ut non possit esse aliqs defectus in executione officij, præcipit Papa Alex. omnibus religiosis & clericis secularibus cuiuscunque ordinis seu dignitatis existant in priuilegio. Imminente uobis cura gregis dominici ex officio. ubi infra dicit. Vniuersitatẽ uestram rogamus & hortamur attente per apostolica scripta uobis in uirtute obedientiæ firmiter præcipiendo, mandantes quatenus ob reuerentiam diuinam & nostram inquisitoribus ipsis fauorabiliter assistentes, eis in prosecutione dicti officij consilium auxilium & fauorem totis uiribus, tota mente, omni occasione postposita, efficaciter impendatis, præces & mandatum nostrum taliter impleturi, ut causam fidei uideamini ex animo assumere ac fauere, sicque apud Deum & homines possitis exinde merito commendari. Alex. in priuilegio. Ne commissum uobis, dicit, ꝙ si clerici & religiosi non iuuerint inquisitores secundum officium & posse suum quòd procedant contra eos secundum canonicas sanctiones non obstan. aliquibus priuilegiis. In. v. decretalium sic scribitur in cap. excommunicamus, in fine. Volumus & mandamus & in uirtute sanctæ obediẽtiæ districte ꝑcipimus, ut ad hęc efficaciter exequẽda episcopi per diœceses suas diligenter inuigilent, si canonicam uolunt effugere ultionem.

Si-

6 Si quis † enim episcopus super expurgando de sua dioecesi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit uel remissus cum id certis indiciis apparuerit, ab episcopali officio deponatur, & in locum ipsus alter sub stituatur idoneus, qui uelit & possit hæreticam confundere prauitatem. Item etiam præcipit Alex. archiepiscopis & episcopis & aliis prælatis in priuilegio orthodoxæ fidei Christianæ dicens. Cum igitur quidã fratres ord. prædi. sint in prædictis prouinciis inquisitores contra hæreticos per sedem apostolicam constituti per negotium fidei feruenti animo & cor de constanti non sine multis tribulationibus & persecutoribus prosequã tur, uniuersitatem uestrã monemus & exhortamur in domino Iesu Christo, uobis per apostolica scripta in uirtute obedientiæ districte præcipiẽ do mandantes quatenus inquisitoribus ipsis fauorabiliter assistentes ad promouendum dictum negotium eis consilium & auxilium omni huma no timore postposito efficaciter impendatis, sciẽtes ꝙ ipsi q̧ ea præstite rint sibi hactenus & præstabunt in omnibus fauorem. sedis apostolicæ sentient specialem, & in eorum opportunitatibus nos inuenient fauora biles & benignos. ij autem quos nouerimus contemptores, præter diuinũ iudicium ꝙ eis imminet, ecclesiasticam non effugient ultionem. Item Pa pa dat authoritatem inquisitoribus conuocandi clerum & populum ciuitatum & castrorum & aliorum locorum prout dicto negotio fidei uiderint expedire & habetur in priuilegio Clementis licet ex omnibus. & in vj. decretalium, alias si omnes prædicti nõ iuuerint officium, si fuerint requisiti iuxta officium & posse suum, debet inquisitor procedere cõtra eos secundum canonicas sanctiones, ut in prædicto priuilegio dicitur, uel ꝙ est secundum Inno. & Alex. in priuilegiis suis licet ex omnibus, debet procedere contra prædictos tanq̃ contra fautores hæreticorum rec. & defen. Et hoc habitum est superius in secunda parte tractatus cum de pœnis illorum qui puniuntur sicut recep. fau. & deten. actum est.

7 Sed hic † addendum est ꝙ dicitur in secundo concilio prælatorũ. Plane inter fautores accepimus tam eos qui hæreticorum seu credentiũ extirpationem seu correctionem impediunt, quàm eos qui non dant ad id operam quam nec possunt sine culpa ommittere manifesta, sed certe illi quibus præcipitur uel qui iurauerint iuuare inquisitores in iis quę per tinent ad officium fidei, quando requirũtur ad hoc, non possunt hoc om mittere sine culpa manifesta, ergo sunt fautores. Inno. scribẽs nobilibus Marchionibus, comitibus, Baronibus, potestatibus & rectoribus, consu libus, ac communitatibus ciuitatum & aliorum locorum Lombar. Marchiæ Taruisinæ, & Romandiolæ infra sic dicit. Vniuersitatem uestram ro gandã & hortandam duximus & monẽdam per apostolica uobis scripta

districte præcipien. mandantes quatenus ob reuerentiam sedis apostolicæ & nostram, eisdem fratribus in ipsius prosecutione negotij, a quo qui dem salutaris effectus profectus est catholicæ fidei ac hæreticæ prauitatis defectus requisiti ab eis opportunum impendatis auxilium consiliũ & fauorem, & sic alioquin sententias quas in rebelles uel etiam negligentes in hoc idem inquisitores duxerint promulgandas, ratas habebimus & faciemus (authore Deo) usque ad satisfactionem condigna (appellatione remota, inuiolabiliter obseruari.

8 Sed aduertendum † ꝙ inquisitor non potest procedere contra episcopos & superiores, sed si in prædictis errant, debet insinuari summo pontifici. Tertio posset esse defectus ex parte testium, ne.s. libere procederetur in prosecutione officij, & ideo omnia impedimenta tolluntur, quia inquisitor potest accipere testimonium hæretici, complicis hæreticorum, excõmunicati, infamis, & periuri, & etiã suspecti de inimicitia. Quod inquisitor possit recipere testimoniũ hęretici patet per lege. Fed. Patarenorum, ubi dicit, adiicimus insuper ꝙ hæreticus per hæreticũ possit conuinci. In fine cõsultationis domini Guidonis Fulcodij sic dicitur. Quinto quæritur si duo uel tres conuersi ab hæresi testificentur contra hæreticos cre. recep. defen. uel fau. eorum, utrum eorum testimonio sit credendum, ad ꝙ respon. est quod sic. quoniam (ut dictum est) omnes criminosi & infames in huiusmodi crimine admittuntur, & participes criminis, sicut in crimine læsæ maiestatis. 2. q. prima. si quis cum militibus, extra de simon. c. 2.

9 Quod autem † excommunicati & complices hæreticorum possint recipi ad testimonium, patet per Alex. & habetur in vj. ubi sic dicitur. In fidei fauorem concedimus in negotio inquisitionis hæreticæ prauitatis excõmunicati uel participes uel socij omnes ad testimonium admittãtur, pręsertim in probationum aliarum defectum contra hæreticos cre. recep. & faut. & defen. eorum, si ex uerisimilibus coniecturis, & ex numero testium aut personarum tam deponentium quàm eorum contra quos deponitur qualitate ac aliis circunstantiis sic testificantes non falsa dicere præsumantur. Periuri etiam ad prædictum testimonium possunt admitti. Vnde Alex. dicit, & habetur in sexto. licet uero periuri a testimonio etiam post pœnitentiam repellantur, si tamen ij qui coram inquisitoribus iurantes tam de se quàm de aliis super facto hæresis dicere ueritatẽ eam celando dicerent, & postmodum uelint corrigere dictum suum cõtra se ac alios suos complices deponendo, cum crimen hoc sit exceptũ, si ex manifestis indiciis apparuerit tales non animi læuitate, aut odij fomite, seu corruptione pecuniæ, sed Zelo fidei orthodoxæ dictum suum

uelle

uelle corrigere, ac modo quod prius tacuerât reuelare in fauorem fidei, nisi aliud obsisteret, stari debet tam contra se quàm contra alios contestationibus eorundem.

10 Insuper etiam† suspecti possunt admitti ad testimonium, unde dominus Alban. dicit. inquiratur præterea ab inquisitoribus ab eo contra quē habent procedere, utrum habeant aliquos inimicos capitales uel certa suspitione suspectos, quod in ipsius odium deierarent & deinde deductis in scriptis nominibus eorum quos dixerit legitime se habere suspectos, & causam suspitionis, procedant & recipiant testes alios contra eū & nichilominus recipere poterunt quos suspectos dederit, si uisum fuerit expedire, & sequitur infra aliquantulum, & licet testes qui suspecti dicuntur uel inimici recipiantur, non credatur eis nisi in quantum adminiculo legitimo adiuuantur. In concilio autem primo prælatorum sic dicitur, quamuis in huiusmodi crimine propter ipsius enormitatem omnes criminosi uel infames, & criminis etiam participes ad accusationem uel testimonium admittantur, illis tamen exceptionibus fidem testium ex toto euacuantibus, quæ non ex zelo iustitiæ sed de malignitatis fomite procedere uideantur, ut sunt conspirationes & inimicitiæ capitales; alia uero crimina (& si debilitent,) non repellunt, præsertim si testes de crimine sunt emendati.

11 In fine etiam† consultationis domini Guidonis Fulcodij sic dicitur. Quarto quæritur, quæ exceptiones contra testes admittātur, ad ꝙ respōdendum est, ꝙ inimicitiæ capitales, conspirationes contra tales sunt admittendæ, alia uero crimina, & si fidem debilitent testium, non tamen expellunt propter criminis enormitatem, ut probatur extra de sy. tanta, & de sententia & re. iu. cum I. & A. de symo. per tuas. & in pluribus aliis cōcordantiis. Item a ferendo testimonium nullus excusare potest se, unde in consultatione domini Fulcodij dicitur, a ferendo testimonio priuilegiatos excusari non puto, nisi super hoc ipso priuilegium haberent, quia ad ueritatem detegendam in hoc casu omnes tenentur, ut infra dictum. Sed nec iuramento nec uoto in contrarium emisso, nam licet ueritatem celare possimus hosti uel persecutori, ut 22. q. 2. Ne quis, iudici tamē ueritatē inuestigāti celare peccatū est ut 11. q. 3. quisquis. Ergo iuramētū uel uotum in contrarium emissum non debet seruari, 22. q. 4. In mal. & determinant quæstionem expresse extra de test. c. peruenit, & c. ultimo, sed nec excommunicatio ordinarij nocet qui illos excommunicare præsumpserit qui coram inquisitoribus deponerent ueritatem, tum quia nō potest inferior superiorem suis diffinitionibus subiugare. 21. dist. inferior. Tum quia maiori est potius obediendū. 11. q. 3. cap. qui resistit. tū

quia

quia huius sententia continet errorem expressum. extra de sen. excommunicationis p tuas. nec est quæstio quin in crimine hæreseos testes sint compellendi, ut extra de hæreticis. Excommunicamus. §. adiicimus.

12 Qui uero † probauerit quod obiecerit (supple calumniose) pœnam quā ipse intulerit patiatur. 2. q. 3. Calumniator si accusatione defecerit talio nem recipiat id est pœnam consimilem. 2. q. 3. Damasus Papa, & in eadē causa & quæstione allegatur lex digestorum lib. 48. tit. de abolitionibus criminum quæ sic dicit. Accusatorum temeritas tribus modis detegitur, aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur, calumniari est falsa crimina scienter intendere, præuaricari uero est crimina abscondere. tergiuersari in uniuersum ab accusatione desistere, sed nō utique qui nō probat quod intendit protinus calumniari uidetur, nam eius rei inquisitio arbitrio cognoscentis committitur, in hoc autem capitulo & in tota quæstione multa de hac materia ponuntur.

13 Quarto & ultimo † quantum ad primum membrum posset esse impedimentum ex parte accusatorum, quod quidem impedimentum tollitur quia aut sunt absentes, aut præsentes, si sunt absentes, inquisitor potest procedere contra eos, unde Boni. in vj. dicit. Ac contra illos quos in prouincia in qua uobis inquisitionis officiū est cōmissum in hæreseos crimen constiterit commisisse, licet ad alias partes se transferendos duxerint, procedendi plenam concedimus facultatem. Et in eodem sexto dicit Alex. cum contumacia in causa præsertim fidei suspitioni suspitionē adiiciat uehementem, si suspectus de hæresi uocatus a uobis ut de fide respōdeat, excommunicationis uinculo per quod parere subterfugit aut contumaciter se absentat per uos fuerit innodatus, eam per annum animo sustinuerit pertinaci, ex tunc uelut hæreticus condemnetur. Innoc. uero scribens inquisitoribus ultramontanis dicit. Quia sicut intimantibus uobis accepimus propter fautorum & credentium hæreticorum insidias non potestis ad aliqua loca secure accedere, audire confessiones de hæresi suspectorum, uel reis huiusmodi criminis pœnitentiam iniuncturi. Nos uolentes eisdem insidiis obuiare, citandi dictos hæreticos uel suspectos pro hæresi pro audiendis eorum confessionibus & pœnitentiis iniungendis ad loca uobis tuta, ea præcipue in quibus poteritis habere prælatorum & aliorum proborum consilium, in iis præsertim casibus in quibus deberet fieri sententia contra ipsos hæreticos, de consilio prælatorum authoritate uobis præsentium concedimus facultatem, non obstan. &c. Et imper. in leg. commissi uobis dicit. Eos præterea qui conuicti in uno loco de hæresi ad alia loca se transferunt, ut cautius possint effundere uirus hæreticæ prauitatis debitam censemus subire uindictam,

ut

ut super hoc per uiros ab eodem errore conuersos ad fidem, necnõ & per alios qui eos de hæresi conuicerunt, quod in hoc casu concedimus, licite faciendum euidens testimonium habeatur.

14 Dominus autem Guido † Fulcodii sic dicit. Quam autem habeant in eos potestatem qui cum scirent contra eos procedere domicilium mutauerunt quæri non oportet. Nam si citati erant non mutant forum quia præuenti sunt. de iurisd. omn. iudi. l. cum quædam puella. extra de foro cõpe. c. proposuisti. ꝙ si citati non erant, & ibi iam deliquerant, ibi possunt conueniri ratione delicti, & remittendi sunt. C. ubi de crim. agi. opor. l. in aut. qua in prouincia. & in auth. ut nulli iudi. §. si uero, & 3. q. 6. c. 1. in pluribus locis utrobique puniri possunt in bonis, sed & in corpore si pœnitentia sit eis iniungenda quæ sit terribilis, puta peregrinationis uel clausuræ, sed in carcere secus, sicut patet lippis & tonsoribus.

15 Qualiter autem † procedi possit contra absentes satis plane iudico, nam si constat de ipsorum perfidia & sint contra eos solẽnia edicta proposita, quamuis de iure ciuili in criminalibus non pronuntietur diffinitiue contra absentem per impositionem pœnæ. ut. ff. de pœn. absentem., credo de iure canonico posse pronuntiari diffinitiue super ipso crimine, ut extra de dol. & cont. ueritatis. in fideiussores absentium an pœna pecuniaria iudici potest. ff. de custodia reorum. si quis. In primo autem concilio prælatorum sic dicitur de absentibus. si qui uero culpabiles uel suspecti ad uestram pertinentes inquisitionem præsentes non sunt, uel fuerint, & infra competentem terminum eisdem à uobis peremptorie assignatum, & per ecclesias publicatum non curauerint comparere, uel se excusare, contra eos tanquam contra pęnitentes sine dubio procedatis, ad inquisitionem quippe uestram eos intelligimus pertinere qui uel in eiusdem inquisitionis limites deliquerunt, uel domicilium ibi habent seu habebant quando inquisitio facta fuit, uel cum ibi morarentur ratione officii cuiuscunque publici uel priuati, uel certum domicilium non habentes ibidem inuenti citati fuerint à nobis, siue illis per quamcunque cautionem astrictis siue non, si inquisitionem contra eos facere incepistis, uel eis purgationem forsitam indixistis, siquidem contra tales pœnitentes uel absentes potestis procedere, uel debetis, nisi forte rõne delicti maioris seu minoris cõmissi alibi uel rõne domicilii uel alia de pdictis causis inqsitores alii ꝑcedere cæperint ꝙ illos. etenim cũ in locis diuersis, & per inquisitores diuersos Deo authore inquisitio celebretur, tutius & salubrius est ut quisquam culpabilis in quotcunque loci deliquerit, uni & illi tantum inquisitori permaneat obligatus a quo primo ex aliqua de causis præscriptis sine fraude ac sine periculo negotii & animarum fuerit occupatus,

cupatus, ita tamen ut inquisitores cæteri quidquid de illo noscere poterunt inquirant, & nihilominus conscribant inquisitoribus illis quibus idem culpabilis sit astrictus, sic enim quasi uir unus pugnabitis & conuincetis.

16 Et in secundo concilio † prælatorum sic scribitur. Eos autem qui contumaciter se absentant faciatis citari solenniter in parochiali seu cathedrali ecclesia eorundem, & in locis in quibus domicilium habent uel habere solebant, & ita contra eos legitime (ædictis propositis) præcedente expectatione matura, diligenti etiam discussione habita super actis, ac prælatorum de quibus expedire uideritis consilio sigilato, ad talium condemnationem eorum absentiam Dei & Angelorum supplente præsentia, pro culparum exigentia procedatis, à quibus postmodum redire ac obedire uolentibus, & generaliter ab omnibus qui prius contumaces seu inobedientes fuerint, uel de quorum fuga merito timere possetis, cautiones recipiatis fideiussorias, uel faciatis detinere eosdem ubi magis uideritis expedire.

17 Si uero † pœnitentes fuerint & comparuerint nullo modo impedire possunt ne libere procedatur, quia non possunt appellatione appellare, non possunt inordinatas exceptiones quæ admittantur proponere nulli debent eos iuuare. Dico quod non possunt appellare, & hoc dicit imper. in lege commissi uobis dicens. Omne proclamationis & appellationis beneficium ab hæreticis recep. & faut. eorum debet pœnitus à moueri, uolentes ut de finibus imperii in quibus debet semper existere fida fides hæreticæ labis germina modis omnibus debeantur. Et Bonifacius Papa in 6. sic dicit. Præfati potestates, domini temporales, seu rectores, uel eorum officiales seu nuntii sibi relictos statim recipiant indilate, animaduersione debita puniēdos, nō obstantibus appellationibus seu proclamationibus prædictorum nequitiæ filiorum, cum tam secundum ordinationes prædecessorum nostrorum, quàm secundum legem imperialem, appellationis & proclamationis beneficium expresse sit hæreticis & credentibus, ac eorum recep. faut. & defen. interdictum. Idem dicitur in priuilegio Inno. Alex. & Nico. Nouerit uniuersitas uestra. Idem dicit Grego. ix. in priuilegio excommunicamus.

18 Item secundo exceptiones † ab eis pro eis datæ non admittantur nisi exceptiones inimicitiæ capitalis & conspirationis, & hoc etiā est in arbitrio inquisitoris, ut supra tactum est cum de testibus ageretur. Item tertio nullus debet eos iuuare, nec pro eis interuenire, unde imperator, in lege inconsutilem, dicit, apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat quod qui fecerit in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito

conuertemus. In priuilegio Nouerit vniuersitas uestra, dicit Alex. Item iudices aduocati & notarii nulli eorum suum officium impendant, alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Item secundum Clementem in constitutionibus, Quicunq; ausus fuerit dare alicui hęretico auxilium consilium uel fauorem est infamis & priuatus honoribus dignitatibus & publicis officiis & multa alia mala incurrit, & sic patet primum dictum tertij tractatus: seu tertiæ partis tractatus.

DE materia processuum inquisitionis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Processus officij inquisitionis fit sine strepitu & figura iudicij.*
2 *Testis semel examinatus in causa inquisitionis quando possit reproduci.*
3 *Forma procedendi contra culpabiles non comparentes infra tempus gratiæ.*
4 *Forma procedendi contra contumaces in causa hæresis. & nu. 5.*
6 *Comparentibus ad mandata ecclesiæ quando possit imponi publica pœnitentia uel non.*
7 *Testium nomina quando non sint publicanda in causa hæresis.*
8 *Forma procedendi in priuata inquisitione.*
9 *Testes singulares cum fama an sufficiant ad condemnandum in causa hæresis.*
10 *Testes possunt super ommißis repeti in materia inquisitionis.*
11 *Masculi & fœminæ in qua ætate cogantur abiurare hæresim.*
12 *Forma procedendi in hæresis abiuratione.*
13 *Defunctus potest inquiri de hæresi.*

1 SEcundo ostendendum est quòd † processus officii fiunt sine figura & strepitu iudiciorum, quod patet, quia non solum nemine accusante sed etiam nemine deferente potest inquiri de crimine hæresis, unde imper. in lege inconsutilem, dicit, & ut ipsorum nequitia, qui, quia dominum non sequuntur in tenebris ambulant, detegatur, nemine etiam deferente, inuestigari uolumus, diligenter huiusmodi scelerum patratores, & per officiales nostros sicut & alios malefactores inquiri. Tamen potestates & alii iudices seculares non debent

bent cognoscere de hoc crimine, neque iudicare, cum mere sit ecclesiasticum, sicut dicit Boni. Papa. & habetur superius cum de officio potestatis actum est, in fine. Item Bonif. dicit in 6. Statuta quædam Fe. Re. Inno. Alex. & Clemen. prædecessorum nostrorum quibusdam declaratis & additis recensentes, concedimus q inquisitionis hæreticę prauitatis negotio procedi posit, simpliciter & de plano absque aduocatorum ac iudiciorum strepitu & figura. Iubemus tamen quòd si accusatoribus uel testibus in causa hæresis interuenientibus seu deponentibus pp potentiã personarum contra quas inquiratur uideant episcopus uel inquisitores graue periculum imminere, si contingat fieri publicationem nominum eorundem, ipsorum nomina exprimantur non publice sed secreto cotã dioecesano episcopo, uel absente eo ipsius uicario, quando inquisitores procedunt, quando uero procedit episcopus, coram inquisitoribus si haberi posit commode copia eorundem, ac nihilominus siue episcopus siue inquisitores processerint aliquibus aliis personis prouidis & discretis, uirisque peritis quos ad hoc uocari & eis totum processum super quo deliberandum est seriose manifestari, ac integraliter explica i, & de ipsorum consilio ad sententiam uel condemnationẽ procedi uolumus exprimantur, sicque non obstan. q illi contra quos huiusmodi deposuerint nomina eorum non fuerint publicata ad cognitionem iudicis instruendam, adhibeatur plena fides depositionibus testium eorundem, & ut eorũdem accusatorum & testium periculis efficacius occuratur, & cautius in inquisitionis negotio procedatur, præsentis constitutionis authoritate permittimus q episcopi uel inquisitores secretum posint indicere, uel in quibus (ut præmissum est) processum huiusmodi explicabunt, & in eos si archana consilij seu processus sibi sub secreto ab eisdem episcopo uel inquisitoribus patefacta præter eorum licentiam aliis patefecerint excommunicationis sententiam quam ex secreti uiolatione ipso facto incurrant si eis uidebitur promulgare, sic tamen q inquisitores episcopum uel episcopus inquisitores non excommunicent hac de causa, si ipsi ex iniũcto ex tunc a nobis sub uirtute sanctæ obediẽtiæ districte præcepto ad secretum huiusmodi teneantur. Cessante periculo supradicto accusatorum & testium nomina prout in aliis fit iudiciis publicentur, cæterum in iis omnibus præcipimus tam episcopum quàm inquisitores puram & prouidam intentionem habere, ne accusatorum uel testium nomina supprimendo, ubi est securitas, periculum omne dicant, ne in earũdem discrimine securitatem asserant ubi tale periculum imminet, super huiusmodi eorundem conscientiam onerantes. Illud autem caueatis secundum prouidam sedis apostolicæ uoluntatem, ne testium nomina

uerbo uel signo aliquo publicentur, sed si instat ille contra quem fit inquisitio, dicens se forte inimicos habere, uel in se aliquos conspirasse inimicorum ab eo seu conspiratorum nomina & inimicitiarũ seu conspirationis causa ueritatis exigatur, ut sic & testibus consulatur, & ipsis etiã conuincendis, & quasi statim scribit.

2 Testes autem † qui de se & de aliis generaliter requisiti semel deposuerint, si etiam post huiusmodi depositionẽ in quemquàm de quo quid nouerint dixerunt, inquisitio ceperit, non est necessariũ ut iterum producantur, nisi de aliquibus circunstantiis de quibus requisiti non fuerant uiderentur forsitam requirendi, & hoc idem statim habebitur in consultatione secundi concilij ubi de modo procedendi agitur, & ideo sciendum, ꝙ ad præsens intendo statim ponere omnes modos procedendi & inueniuntur in consultationibus ut ex eis eliciatur modus conueniẽtior. Et si multa repetam de ijs quæ dicta sunt, hoc faciam ne in aliquo mutem dictum eorum. In principio igitur secundi concilij prælatorum sic dicitur, consulimus ut infra terminos inquisitionis uobis limitatæ ad locum de quo expedire uideritis iuxta mandatum apostolicum declinetis, ut inquisitionem de illo uel de locis aliis faciatis, cum non sit tutum uos ad singula declinare, atque ibi conuocatis clero & populo, & proposito uerbo Dei, mandatum uobis & aduentus uestri causam lectis literis quarum authoritate procedere habetis sicut opportere noueritis exponatis, ac deinde mandetis ut omnes qui se uel alios sciuerint in crimine labis hæreticæ deliquisse compareant coram uobis ueritatẽ dicturi, assignando eis terminum competentem, quem tempus gratiæ uocare soletis, qui bus tamen aliás gratia non est facta huiusmodi, infra quem terminũ uenientes pœnitentes & dicentes plenam de se ac aliis ueritatem, habeant impunitatem mortis, immurationis, exilij, & confiscationis bonorum & cum de locis aliis fuerit inquisitio facienda huiusmodi, generalem faciatis citationem, ac tempus gratiæ assignetis clericis & laicis in loco illo de quo fiet citatio, conuocatis per aliquam personam ecclesiasticam cui per uestras patentes literas committatis quæ in testimonium recepti mãdati sigillum suum literis eisdem appendat, & nichilominus scribat per suas patentes literas similiter cum suo sigillo pendenti, qualiter, & corã quibus, & quando mandatum impleuerit sibi factum. Ab illis qui citati coram uobis, infra tempus apparuerint assignatum accipiatis iuramenta de mera & plena super facto labis hæreticæ tam de se quàm de aliis uiuis & mortuis dicenda quam nouerint ueritate, ac postea per uos uel scriptores diligenter interrogantes eosdem de singulis de quibus interrogandi uel requirendi uidebuntur, faciatis confessiones & depositiones

M eorum

eorum fidenter scribi,& in actis inquisitionis deponi, aut per publicam si potestis habere personam, aut per aliam idoneam & iuratam, cui & alius uir idoneus & iuratus similiter adiungatur, ut sit scriptum huiusmo di per manum publicam, uel per duos (ut tetigimus) uiros idoneos, in actis officij reposita & conscripta, ac ei qui confitetur & deponit corá inquisitore & notario uel dictis duobus uiris idoneis recitata, robur ob tineat firmitatis. Iuramenta uero supradicta publice, ac præsentibus om nibus, qui ad confitendum conuenerunt recipere procuretis, ut ex for ma iuramenti secundum quæ exigitur quilibet tam de se quàm de aliis dicere ueritatem, intelligant singuli quod sit contra ipsos inquisitio, & quibus ista capitula de quibus inquiritur, singulis quasi exposita uideantur, propter quod nec sit necesse ut testes qui semel deposuerint in tam generali & notoria inquisitione producantur. Item si etiam post huiusmodi depositionem contra quencunque quod nouerant dixerint ceperit inquisitio specialis nisi de aliquibus circunstantiis de quibus requisiti nō fuerint uiderentur forsitam requirendi, præsertim cum (sicut tangemus inferius) testium nomina nullatenus sint in hoc tam fauorabili tamq; priuilegiato negotio publicanda. Talibus infra tempus gratiæ, plene ac spō te confitentibus, ad ecclesiasticam se redire dicentibus unitatem, beneficium iuxta formam ecclesiæ absolutionis impendatis, facientes uidelicet ipsos abiurare omnem hæresim extollentem se aduersus sanctam Romanam ecclesiam, & fidem catholicam ortodoxam, quibuscunque nominibus censeātur, & iurare quòd fidem catholicam quam eadem sacro sancta Ro. Ecclesia tenet & prædicat, & seruabunt pariter & defendent, & hæreticos cuiuscunque sectæ uestitos pariter & damnatos creden. recep. defen. & fau. eorum persequentur pro uiribus inuestigando, accusando, & capiendo, uel saltem eos inquisitoribus seu aliis fidelibus qui eos opportunius capere ualuerint & ualeant bona fide manifestādo, & quod super ijs quæ inuenta sunt uel fuerunt in eodem crimine deliquisse stabunt mandatis inquisitorum & ecclesiæ, ac pœnitentiam quæ sibi fuerit quandocunque per ipsos iniuncta recipient & implebunt, & pro ea recipienda & implenda bona sua omnia inquisitioni & ecclesiæ solenniter obligantes.

3 Illos † qui cum sint culpabiles comparere contemnunt infra tempus gratiæ, aut malitiose supprimunt ueritatem, citetis suo tempore nominatim, eisque si ueritatem contra se inuentam confiteri noluerint, expo natis capitula super quæ inuenti sunt culpabiles, & dicta simul testium publicetis, ac datis dilationibus competentibus, & defendendi facultat cōcessa, benigne admittatis exceptiones & replicationes legitimas eorū

dem,

dem,& si quidem in sua defensione defecerint,nisi culpam probatā gratis confiteri uoluerint, assignato ad sententiam termino peremptorio competenti, damnetis eosdem,non enim sunt ad misericordiam admittendi dum in sua negatione persistunt quantuncunque uoluntati ecclesiæ se supponant.

4 Eos qui† contumaciter se absentant faciatis citari solenniter in parochiali ecclesia seu cathedrali eorundem, & in locis in quibus domiciliū habent uel habere solebant, & ita contra eos legitimis edictis propositis præcedente expectatione matura,diligenti etiam discussione habita super actis,ac prælatorum de quibus expedire uideritis consilio sigilato, ad talium condemnationem(eorum absentiam Dei & Angelorum supplente præsentia)pro culparum exigentia procedatis, a quibus postmodum redire uolētibus atque obedire, & generaliter ab omnibus q̄ prius contumaces seu inobedientes fuerint,uel de quorum fuga merito timere possetis, cautiones recipiatis fideiussorias, uel faciatis detineri eosdē ubi magis uideritis expedire. Et in fine suæ consultationis sic consulunt ipsi prælati dicentes. Inter alia quæ ad nostrum laboriosum latissimum que spectant officium,hoc summo opere prouidere curetis,ut iuris ordinem nisi in quantum priuilegiatum est hoc negotium, & ut nos supra expressimus & consulimus seruare studeatis, & omnia quæ feceritis uidelicet citationes,gratias,siue indulgētias,interrogationes, cōfessiones, depositiones,abiurationes,& obligationes, sententias, & pœnitentias, ac cætera omnia quæ occurrerint,taliter in actis inquisitionis uel per manum publicam uel per duos idoneos uiros ut prædiximus & iuratos,designatis locis,temporibus,& personis, competenti conscribi ordinefaciatis, quòd si super processu uestro fuerit in aliquo suborta contentio, per hoc possit ueritas declarari.

5 Alia consultatio † Domini Alban. sic dicit. Petrus miseratione diuina Alban.episcopus, dilecto in Christo fratri priori prouinciali fratrū prædicat.&cæt.Cū nuper dominus Papa tibi præceperit ut per te ac fratres tuos insisteres ad extirpādā de Lombar. & Romādiolę prouincia hæreticam prauitatem,& super hoc eodem quibusdam fratribus tui ordinis literas direxerit speciales, tu quæ mandata sunt uolens prouide adimplere,summum pontificem super modo procedendi, & alijs ad dictæ fidei negotium spectantibus consulere decreuisti, nos igitur cui idem dominus cōmisit hāc deliberationē super ijs, habita cōsideratione diligenti tibi ac tuis fratribus tuæ curæ cōmissis ad dictum officium deputatis uel etiam deputandis, de ipsius domini authoritate,modum procedendi tradidimus subsequentem. Ad hoc ergo quòd hæretici ad fidem sponte

atrahantur,& ut in notitiam hominum ueniat ꝙ ecclesia romana & delegati ab ipsa quærunt animas & fidem catholicam ab omnibus obseruari,expedit,ꝙ hæretici.cred.faut.& def.ac recep.eorum tempus habeant aliquod infra quod possint uoluntarie pœnitere & redire ad fidei catholicæ unitatem. Quando ergo inquisitores hæreticæ prauitatis accesserint ad locum aliquem,uolentes inquirere de hæreticis,cred.faut. defen. & recep. eorundem, conuocent populum & exponant eis mandatum,a summo pontifice sibi factum, & mandato exposito expresse dent illis de loco illo tempus prout eis uidebitur expedire, dum tamen id mensis spatium non excedat,infra ꝙ ad mandata ecclesiæ uenire ualeant, qui contumaces fuerint ea labe,& loquentur secrete uel publice si uoluerint, & confiteantur peccata sua,hæreses cuiuscunque generis uel modi coram ipsis inquisitoribus & alijs quos ipsi ad hoc reputauerint opportunos, & iurent dicere ueritatem de se uel de alijs quoscunque sciuerint uel scire possunt peccare in hæresi, & omnes personas nominent & reuelent,& si tunc non haberent ad memoriam,quàm citius ad memoriam reduxerint, eisdem inquisitoribus uel alijs quibus ipsi duxerint committendum, bona fide sine fraude aliqua reuelabunt,& abiurabunt omnem hæresim,credentiam,receptationem,ac defensionem hæreticæ prauitatis, obligabũt etiam se iuramento & alijs cautionibus quas præstare poterunt ad uoluntatem inquisitorum,quod fidem catholicam seruabunt, & catholicos ꝑ posse suo defendent,persequentur hæreticos credentes fau.def. ac recep. eorum,& accusabunt inquisitoribus quando in notitiam eorum aliquis uel aliqui uenerint,prout inquisitoribus uidebitur expedire, obligabunt se nihilominus ad pœnas canonicas & legitimas si reperti fuerint recidiuasse,uel ueritatem de se & de aliis non dixisse.

6 Illis autem †qui sic ad mandata ecclesiæ uenerint non imponatur publica pœnitentia,nisi ipsi sint publice hæretici, cre.fau.& def. uel receptatores eorũ,cũ quibus etiam misericordia ista fiat, ꝙ nõ condemnẽtur ad mortẽ,nec ad carcerẽ ꝑpetuũ, non ad peregrinationẽ nimis longam,sed aliæ pœnitentiæ iniungantur, quas pro qualitate delicti dicti inquisitores uiderint imponendas, ꝙ si illi qui sic uenerint, & quibus tanta misericordia facta fuerit,recidiuauerint uel reperti fuerint ueritatem de se uel de aliis non dixisse, ex tunc pœnis contra hæreticos promulgatis subiaceant, secundum ꝙ inquisitoribus uidebitur expedire, cum autem fuerit contra aliquem procedendum, citandus est primo per nuntium fidelem ad hoc specialiter deputatum. & siquidem non uenerit qui sic uocatus est,citetur in prædicatione publica, aut in ecclesia sua peremptorie bis uel semel prout uidebitur inquisitoribus supradictis,& si sic non uene

rit

rit procedatur ad pœnas debitas contra eum. Si autem uenerit & parere uoluerit, facient inquisitores eum iurare secundum formam quæ superius est expressa, facta tamen protestatione, ꝙ si fuerit inuentus ficte iurasse, uel uerum non dixisse, ꝙ nihilominus animaduertent secundum ꝙ debuerint in eũdem, inquiratur præterea ab inquisitoribus ab eo contra quem habent procedere, utrum habeat aliquos capitales inimicos uel certa suspitione suspectos, q in ipsius odium deierarent, & deinde reductis in scriptis nominibus eorum quos dixerit legitime se habere suspectos, & causam suspitionis, procedant & recipiant testes alios contra eum, & nihilominus recipere poterunt quos suspectos dederit si uisum fuerit expedire, postmodum uero publicatis attestationibus & nominibus testium non expressis procedatur contra eum sicut de iure fuerit procedendum, quando uero testes uel diffamationes singulares sunt in dictis, concordant autem in substantia uel in specie rei, relinquitur inquisitorum iudicio uel arbitrio, ut sicut eis secundum Deum uidebitur procedant maxime si fama consentit, & idoneitas & fides deponentium contra eum contra quem fuerit inquirendum. 8

7 Id autem ꝙ dicimus † testium nomina non erunt publicanda, intelligimus, cum uiderint inquisitores testibus legitimis & bonæ famæ periculum imminere, & licet testes qui suspecti dicuntur uel inimici recipiantur, non credatur eis nisi quantum adminiculo legitimo adiuuantur. Alia consultatio quæ dicitur fuisse prima sic dicit. Hic est modus quem debent inquisitores habere. In primis cum ueniunt ad ciuitatem, anteq̃ prædicent, debent ire ad episcopum uel uicarium & ostendere authoritatem & officium sibi commissum, & rogare ꝙ congreget sibi clerum, quo congregato sermonẽ faciant & ostendant literas, & auxilium episcopi & cleri postulent ex parte domini Papæ & consilium & fauorem, hoc autẽ facto adeant potestatem & authoritatem dicant, petant consilium, sermonem breuem faciant, literas legi faciant, & constitutiones, & super ijs requiratur similiter ex parte domini Papæ consilium auxilium & fauor ad extirpandam hæreticam prauitatem, post postulet magistrã concionẽ populi, & uniuersalem, & similiter faciant, & attendant ꝙ in talibus conuocationibus sit breuis sermo propter illa quæ legi debent, & dicant authoritatem domini Papæ super isto negotio promptam esse & apertam, & quod istud erit sibi gratum, Et promouentes comendabuntur & impedientes reputabuntur hostes Christi & sanctæ Romanæ ecclesiæ inimici, post hæc inquisitor semel in hebdomada prædicet de fide per se uel per alium aut per alios, & ordinet sicut melius poterit ꝙ populus melius conueniat, Item cum pluries de fide prædicauerit,

rit, quando sibi expediens uidebitur, hæreticos & eorum fautores & recep. uocabit ad gremium matris ecclesiæ, ac ecclesiasticam unitatem, promittens redire uolentibus q quidquid dixerint priuatum erit, & secum misericorditer agetur nisi retro aspicerent, & ad uomitum redirēt, & da bit eis terminū x. dierum. Item post decem dies assignabit alios decem, & post illos alios decem, & de hos faciet sibi fieri publicum instrumentum. Post xxx. uero dies excommunicabit omnes hæreticos, & eorum fautores, & recep. & hoc in scriptis, uel oris ordo seruetur. Item caueat inquisitor ne sub sigillo confessionis aliquid recipiat. Circa uero redeuntes per se sine accusatione aliorum attendat diligenter q: cautionem pecuniariam præstent postquàm iurauerint stare præcise mandatis ecclesiæ, & seruare, & parere, postea pęnitentia priuata sic redeuntibus inquisitoris arbitrio imponatur, & absoluatur, & secum dispenseatur. Si autem, q ab sit, tales relapsi fuerint, non recipiantur nisi cum pœnitentia publica, quæ habetur alibi determinata nisi forte scandalum foret, & maior scissura fieret, quam debemus sollicite deuitare.

8 Circa uero inquisitionem priuatam talis habeatur modus. Primo debet uocari capellanus loci uel contratæ & ad locum secretum deduci, & debet requiri ab eo per iuramentum de ueritate dicenda. Hoc facto quæratur ab eo si fama est q sit aliquis hæreticus, aut de fide suspectus in cōtrata sua, uel fautor, siue receptator, & si dixerit talis est, uel de tali dicitur, quærat si dicitur a pluribus. Et si habeat aliquas probabiles coniecturas ex huiusmodi, ex tunc præcipiat ei q nominet aliquas personas bonas & honestas uiros & mulieres, & ab eis prius recepto iuramento similiter quærat, qui si consenserint, & uideatur quòd non ex odio uel inuidia aut uindicta procedant, dicat eis quòd secretum habeant, & dicat etiam similiter, ego etiam secretum habebo, nec uos oportet timere. Hoc facto debet uocari hæreticus infamatus ad locum secretum, ubi pauci fratres & unus notarius bonæ famæ sint & dicatur ei, Tu es mihi accusatus & nominatus hæreticus uel fautor uel receptator, sed ego uolo procedere tecum per uiam pacis & secretioris consilii, & ideo uolo quòd debeas abiurare omnem hæresim pestiferam, & cautionem præstare congruentem, q ad similia non redeas. Caueat autem inquisitor ne accusantes accusatus reuellet. Item debet dicere, si placet tibi iurare & facere quæ dico paratus sum tibi facere literas testimoniales meas quòd tu es de numero fidelium. Si uerò non feceris, dicam coram populo te esse hæreticum uel credentem, nec unquàm potero te recipere nisi cum pœnitentia manifesta. Et oportebit q aut redeas, & obserues pęnitentiam, aut bona tua publicentur, & sic teneberis infamis, & uitaberis ab omnibus, & priuaberis

actibus communibus, sed in hoc magna adhibenda est cautella. Item sit sollicitus inquisitor ne passim det literas suas, & maxime illis qui aliàs fuerint deprehensi, quia hoc non debet facere, nisi publicam agant pœnitentiam, Item si aliquis de professis uel consolatis eorum timore pœnæ reuerti uoluerit ad fidem, debet perpetuo carceri mancipari, ne sub prætextu boni simulati deludatur ecclesia. Non est disputandum cum hæreticis, maxime in officio inquisitionis, sed fides catholica siue articuli denuntiandi. Et quæratur super ijs sine strepitu & disputatione, & quæstionis litigio, ut si credat recipiatur secundum formam prætestatam, si uero credere recusat, condemnetur ut suprà diximus.

9 Dominus autem Guido † Fulcodij non uidetur concordare cum domino Alban. sed concorda sicut scis. dicit enim an per testes singulares & famam possit aliquis in hoc crimine condemnari quæri non oportet cō stat enim quòd non, ut extra de testi. ca. literis. præsertim cum in criminibus probationes debeāt esse luce clariores. C. de probationibus. leg. sciāt. & in hoc crimine nemo sit ex præsumptione damnandus. Indicetur ergo purgatio, ut ostensum est supra.

10 De modo autem † procedendi etiam tangit dominus Guido Fulcodij dicens in summa, nec mineruam nec solem facibus adiuuare præsumam, sed ut memoriam uestram excitem in orbe, plurimorumque negotiorū oppressam, admonendos uos arbitror, quoniam in alienum laborem intratis quamuis acta inquisitionis diligentius euoluatis, & si testes indicne citis confuse deposuisse, & de causa scientiæ minus plene fuisse inquisitos suppleatis ommissa; & de causa scientiæ, & de causa causæ ubi faciendum uidebitur, sollicitè requiratis. Quod fieri posse. scilicet iterari testium interrogationes ommissas dicit decre. det estatu. per tuas. & concordat. ff. de quæst. repeti. & hoc dico cum tota diligentia faciendum, quia illi contra quos inquiritur præcluditur uia iuris in notitia testium, & reddendis interrogationibus prout in iure fieri consueuit, & quanto eis magis præcluditur tanto magis uobis sollicitudo maior incumbit, adeo ut de inimicicia testium per uos debetis inquirere, cum non possint alii demandari, & nisi testes plene & plane in omnibus concordauerint, melius est uobis purgationem indicere uel sententiam differre quā damnare, adeo quòd non crederem tutum, ad uocem duorum testium hominem bonæ opinionis damnare, licet uideatur ius contradicere, quia ubi maior numerus testium non exigitur sufficiunt duo Sed hoc dico, quòd duo uix duos indico eoque urgente necessitate legitime defensionis ordo truncatur, supple iuris.

11 In concilio † uero prælatorum secundò quædam dicuntur quæ non be

ne plane intelligo, ubi sic dicitur, Vt autem adiuuante domino hæresis melius extirpetur & citius fides plantetur in terra, statuta & iura per sedē apostolicam eiusque legatos ac principes super iis ædita faciatis plenissimè obseruari. Præterea uniuersos tam mares quàm fœminas, masculos a 14. fœminas a 12. annis & supra faciatis abiurare omnem hæresim, & iurare quòd fidem seruent, & defendant catholicam ecclesiam, & hæreticos persequantur, prout supra in iuramento ꝙ conciliandi habent facere de iis plenius & latius continetur, conscriptis singulorum nominibus tam in actis inquisitionis quàm in parochiis eorundem, & qui præsentes infra xv. dies post suum redditum tale iuramentum non pręstiterint, suspecti de hæresi habeantur. Hanc autem uniuersalem abiurationem fieri procuretis quàm citius per uosipsos uel per uestros notarios, seu scriptores, uel per alios ecclesiasticos uiros quibus hoc duxeritis committendū, adiecto in iuramentis comitum baronorum rectorum & consulum ciuitatum & aliorum locorum quòd fideliter & efficaciter cum ab eis fuerit requisitum ecclesiam contra hæreticos & eorum complices adiuuabunt iuxta officium & posse suum, & de terris suæ iurisdictioni subiectis bona fide pro uiribus exterminare studebunt uniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos, post huiusmodi autem abiurationem quicunque lapsi fuerint, & qui non seruauerint, uel fecerint iniunctas sibi pœnitentias, pęna relapsis debita puniantur.

12 Hoc idem † dicit dominus Alban. in quadam sua ordinatione dicens. Abiuretur hæresis in terra communiter prout statutum est in concilio tholo. & qui post abiurationem lapsi fuerint, & qui pœnitentiam iniunctam non fecerint iuxta qualitatem & quantitatem delicti pęna relapsis debita puniantur. Item præstetur iuramentum a communitatibus, baronibus, potestatibus, consulib. rectoribus sicut continent decretales, & cō tinetur in pace parisien. & in conciliis Tholo. Quilibet iuuet inquisitionem faciendam pro uiribus bona fide ad inuestigandum hæreticos ꝑ fratres, & alios destruendo domos & clusellos, & alia loca in quibus solent hæretici commorari, prout negotio fidei & extirpationi hæreticæ prauitatis uidebitur expedire, & exequantur bona fide & sine mora inquisitorum sententias, & in personis & in bonis damnatorum. De hac autem abiuratione supradicta admiror, nisi forte quia intelligitur quòd hoc debeat fieri quando communiter terra siue ciuitas est infecta, & tunc congruum est quòd ita fiat.

13 Non solum autem † inquisitor debet procedere contra hæreticos uiuos, sed etiam contra defunctos. Vnde in concilio secundo prælatorum dicitur sic. Ad hæreticorum seu credentium condemnationem qui non fuerint

fuerint reconciliati canonice ante mortem, citatis eorum hæredibus, siue aliis qui de iure citandi fuerint, & concessa eisdem opportuna copia defendendi, similiter procedatis.

DE Processibus inquisitorum an possint Episcopi seu eorum uicarij se intromittere. Rubric.

SVMMARIVM.

1 *Forma procedendi communiter uel diuisim per Episcopum uel inquisitorem in causa hæresis.*

2 *Clausula, sine strepitu & figura iudicij, qualiter intelligatur.*

MOdo ultimo dicendum est, qualiter & quantum se debet intromittere episcopi uel eorum uicarij uel uicarij capitulorũ episcopali sede uacante de processibus inquisitorum. unde sciendum ꝙ in vj. decretalium sic dicitur. Per hoc autem ꝙ negotiũ hæreticæ prauitatis alicui uel aliquibus ab apostolica sede generaliter in aliqua prouincia, ciuitate, uel diœcesi delegatur, diœcesanis episcopis, quin & ipsi ordinario uel delegato iure si habeat in eodem procedere nolumus derogari, uerum ut dictum inquisitionis negotium efficacius melius utiliusque procedat, concedimus ꝙ per ipsos episcopos & per inquisitores de facto eodem inquiri ualeat communiter uel diuisim.

1 Et† si diuisim processerint, teneantur sibi inuicem communicare processus, ut per hoc possit melius ueritas inueniri. Et nisi in hoc casu inquisitores in sententiæ prolatione diœcesañ. uel econuerso duxerint deferendum, per utrosque simul sententia proferatur, in qua ferenda si non cõuenerint, per utrosque negotiũ sufficienter instructum ad sedem apostolicam remittatur, siue autem ordinaria siue delegata episcopi potestate ꝓcedant, illum in procedendo modum obseruent quem inquisitores possunt & debent, per iura communia, uel per speciales concessiones, seu ordinarias sedis apostolicæ obseruare. Hæc quæ in isto modo dicta sunt declarantur quantum ad unum passum per dominum Benedi. & quantum ad alia per septimum siue constitutiones clementinas. vñ. Dominus Benedictus in constitutione sic dicit. Nos de fratrum nostrorum consilio, intelligendo diœcesanos, & inquisitores, tunc demum diuisim procedere cum ij & illi separatim, non quando episcopi tantum, uel inquisitores tantum procedunt, & sequitur, consultationi uestræ breuiter respondemus, ꝙ quando utrique procedunt seiunctim sibi debent in fine tamen, dum

dum nil restat agendum, nisi ꝙ sententia promulgetur communicare, processus. licet enim quibusdam potuisset uideri per legem ciuilem quòd si quando aliquis ex actitatis coram alio debet ferre sententiam, ut puta quando administrator delegat alii causam sibi sententia reseruata, semel in principio, id est in contestatione, rursus in medio, & semel in fine quæ sunt examinata audire debeat, ita quoque in casu præsenti ubi ex actis coram alio habitis alter profert sententiam, sic ter huiusmodi acta recenseat quod fieri non potest si eorum denegetur editio, tamen id æquitas canonum non admisit. Vnde sane casum excipimus, si aliter commodè non possit procedere, nisi alterius actis uisis, ex hac enim causa semel tantum, ut fraudi locus non fiat in toto negotio, copia tribuatur. In constitutionibus uero clementinis sic scribitur. fœlicius quo deinceps eiusdem labis indago solemnius diligentius & cautius peragetur, ipsum tam per diœcesanos episcopos quàm per inquisitores a sede apostolica deputatos, omni carnali amore, odio uel timore, ac cuiuslibet commodi temporalis affectione semotis, decernimus exerceri, sic ꝙ quilibet de prædictis citare sine alio possit, & arctare, seu capere, ac tutæ custodiæ mancipare, ponendo etiam in compedibus uel manicis ferreis, si cum iussum fuerit faciendum, super quo conscientiam ipsius oneramus, nec non in inquirẽdo contra illos, de quibus pro huiusmodi negotio secundum Deum & iustitiam uiderit expedire. Duro tamen tradere carceri seu arcto qui magis ad pœnam quàm ad custodiam uideatur, uel tormentis exponere illos, aut ad sententiam procedere contra eos. episcopus sine inquisitore aut inquisitor sine diœcesano, aut eius uicario, uel episcopali sede uacante, capituli super hoc delegato, si sui ad inuicem copiam habere ualeant infra octo dierum spatium postquam se inuicem requisiuerint non ualebit. & si secus præsumptum fuerit nullum sit & irritum ipso iure. Verum si episcopus uel eius uicarius seu capituli sede uacante delegatus cũ inquisitore, aut inquisitor cum altero eorundem propter præmissa nequeant aut nolint personaliter conuenire, possit episcopus uel eius uicarius seu capituli sede uacãte delegatus, Inquisitori, & inquisitor episcopo uel eius delegato seu sede uacante illi qui ad hoc fuerint per capitulum deputati super illud committere uices suas, uel suum significare per literas consilium & consensum. si uero odij, gratiæ, uel amoris, lucri, aut commodi temporalis obtentu prædicti contrarium faciunt, & impediant sententiam, inquisitor & prædicti uicarii sunt excommunicati, ut patet inferius à qua excõicatione non possunt absolui nisi per summum pontificem, & episcopus est per triennium suspensus; hæc habita sunt supra in primo membro, cum de pœna inquisitorum ageretur. quæ autem dicta sunt in

primo

primo membro huius tertiæ par. tractatus quantum ad tertiam & quartam partem eius, pertinent etiam ad hoc secundum membrum.

2 Qualiter † autem debeat intelligi sine strepitu & figura iudicii, declaratur in constitutionibus clementinis. ubi sic dicitur. Sæpe contingit quod causas committimus, & in earum aliquibus simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura iudicii procedi mandamus, de quorum significatione uerborum a multis contenditur, & qualiter procedi debeat dubitatur. Nos autem dubitationem huiusmodi, quantum est nobis possibile, decidere cupientes, hac in perpetuum ualitura constitutione sancimus, ut iudex cui taliter causam committimus necessario libellum non exigat litis contestationem non postulet, tempore etiam feriarum ad necessitates hominum indultarum a iure procedere ualeat, amputet dilationum materiam, litem quanto poterit faciat breuiorē, exceptiones, appellationes, & dilationes frustatorias repellendo, partium, aduocatorum, & procuratorum contentiones, & iurgia, testium quoque superfluam multitudinē refrenando. Non sic tamen iudex litem abbreuiet, quin probationes necessariæ & defensiones legitimæ admittantur. Citationem uero ac præstationem iuramenti de calumnia uel malitia, siue de ueritate dicenda, ne ueritas occultetur per cōmissionem huiusmodi intelligimus non excludi. Verum quia iuxta petitionis formam pronunciatio sequi debet pro parte agentis & etiam rei si quid petere uoluerit, est in ipso litis exordio petitio facienda, siue in scriptis, siue in uerbo, actis tamen cōtinuo (ut sup quibus positiones & articuli formari debeant possit haberi plenior certitudo, & ut fiat diffinitio clarior) inserenda, & quia positiones ad faciliorem expeditionem litium propter partium confessiones & articulos ad clariorem probationem usus longeuus in causis admisit. Nos usum huiusmodi obseruari uolentes statuimus ut iudex sic deputatus a nobis, nisi aliud de partium uoluntate procedat ad dandum, simul utrisque terminum dare possit. Et ad exhibendum omnia acta & munimenta quibus partes uti uolunt in causa post dationem articulorum diē certam sibi uidebitur ualeat assignare. Eo saluo, quod ubi remissionem fieri contingeret pro testibus producendis, possint etiam instrumenta produci assignatione huiusmodi non obstante, interrogabit etiam partes siue ad earum instantiam, siue ex officio, ubicunque æquitas suadebit, sententiam uero diffinitiuam citatis ad id, licet non peremptorie, partibus, in scriptis & prout magis sibi placuerit stans uel sedens proferat, etiam si ei uidebitur conclusione non facta prout ex petitione & probatis & aliis actiatis in causa fuerit faciendum, quæ omnia & in illis casibus in quibus per aliam constitutionem nostram uel alias procedi potest simpliciter et

de

de plano ac sine strepitu & figura iudicij uolumus obseruari, si tamen in præmissis casibus solemnis ordo iudiciarius in toto uel in parte, non contradicentibus partibus, obseruetur, non erit processus propter hoc irritus nec etiam irritandus.

DE sententia Inquisitorum. Rubrica.

SUMMARIUM.

1 *Sententia qualis esse debeat in causa hæresis.*
2 *Forma sententiæ in causa reuertentis conuersi.*
3 *Cautela pro inquisitoribus in materia processuum.*
4 *Absolutus seu pœnitentiatus in causa hæresis quando possit iterum pœnitentiari.*
5 *Confessori soli an credi debeat de absolutione uel pœnitentia defuncti seu uiui.*



TErtio secundum ordinem prætaxatum, agendum est de sententia inquisitorum, & ad euidentiam istius capituli sciendum quod ea quæ continentur in secundo tractatu pertinent quasi omnia ad istud capitulum, nam in illo tractatu etiam ostenditur qui sunt hæretici, qui credentes, qui rece. qui defe. & qui fau. deinde de pœnis singulorum, & hæc omnia pertinent materialiter ad sententiam inquisitorum. forma autem ferendi sententias debet per se poni, & ideo in isto capitulo non ponetur, ponam tamen hic quædam quæ alibi nõ sunt perfecte posita, & primo dicendum quòd dicitur in secundo concilio prælatorum ubi sic dicitur.

1 Ad nullius † uero condemnationem sine lucidis & apertis probationibus uel confessione propria procedatis. Sanctius enim est facinus impunitum relinquere quàm innocentem condemnare. Et dominus Guido Fulcodii dicit, & nisi testes plene & plane in omnibus concordauerint, melius est uobis purgationem indicere uel sententiam differre, quam dãnare, adeoque non crederem tutum, ad uocem duorum testium hominem bonæ opinionis damnare licet uideatur ius contradicere, quia ubi maior numerus non exigitur, duo sufficiunt, sed hoc dico, quia duo uix duos iudico, eo quod urgente necessitate legitime defensionis ordo truncatur. Supra dicitur contrarium in capitulo de testibus, ubi dicitur, quod si duo hæretici conuersi testificentur contra alium hæreticum quod credendum est eis, & multo magis si erunt duo catholici & digni fide, & secunda cau-

sa quæstione 4. dicitur ꝙ contra episcopum duo testes bonæ famæ recipiuntur, & eis creditur, & multo magis contra hæreticum. unde ibi dicitur, quorum uero uita adeo laudabilis est ut omnibus imitanda appareat, de quorum assertione nulli dubitatio nasci poterit, eorum testimonio duorum uel trium testium quilibet iure conuinci & damnari poterit, & sequitur in eodem. in ferendis autem sententiis uel potius iniungēdis pœnis in eos uel eis qui redierint non credo ꝙ sint pronuntiandi hæretici uel credentes, quia non sunt tales ut probatur 24. q. ultima, dicit Apostolus. in fine capituli, nec pronuntiandum est fuisse, quia nec est modus pronuntiandi in iure, dicetur ergo sic.

2 Quia te inuenimus † per te uel per tuam confessionē hæreticum fuisse, uel hæreticos adorasse, uel similia perpetrasse, nunc uero saniori consilio ad unitatem ecclesiæ, prout asseris, de corde bono & de fide non ficta uis redire, ideo, in primis abiurata a te omni hæretica prauitate, absoluimus, si tamen ad cor & ex corde redieris, & iniuncta tibi mandata seruaueris. & quia in Deum & sanctam ecclesiam prædictis modis temere deliquisti ad peragendam condignam pœnitentiam in perpetuum carcerem te retrudi uolumus, & præcipimus ibidem te perpetuo morari, uel talem peregrinationē tibi iniungimus, & iis similia, nec miremini de illis conditionibus, si tamen & cæt. causa enim tollendæ quæstionis expedit eas poni, ut si forte non seruauerint, appareat eos non fuisse absolutos, nec dicant aliqui, ꝙ uestro officio functi sitis, quamuis super huiusmodi responderim in 13. quæstione.

3 Sane † in iis omnibus cautum arbitror instrumenta publica retineri, & sigillo episcoporum muniri, præcipue ubi causa erit nobilium & potentum, Sed illud addo, ꝙ omnes errores suos sigillatim confiteri & abiurare faciatis, quia nihil magis in confusionem hæreticæ prauitatis redūdat, & gloriam nominis christiani. & infra, quid uero iniungendum sit talibus diffiniri non potest quia committitur arbitrio iudicantium, & aliter cum simplicibus est agendum quàm cum prudentibus, aliter cum clericis q̄ cum laicis, aliter cum prælatis q̄ cum subditis, & omnes circunstantiæ sunt. s. notandæ, quia cum multi ex simplicitate quadam in hoc crimen incidunt, credo multorū simplicitati parcendum, ut excusentur à tanto. lxxxvj. di. tanta. Credo etiam eos qui receperint uel fauerint sanguine coniunctos minus puniendos, sicut dicit lex. ff. de recepta. l. ultima, quamuis magister Laurentius dicit cōtrarium articulo canonis. 27. q. j. de filia. In secundo uero concilio prælatorum sic scribitur, inquisitoribus, uobis semper hac potestate retenta, ut possitis ex causa rationabili pœnitentijs iniunctis addere uel detrahere uel commutare, quoties-

cunque

cunque animarum & utilitati negotij uideritis expedire. Non solum prę dicta committuntur inquisitoribus.

4 Sed Alex. cōmittit † inquisitoribus Tholosanis, & prouinciæ pictauię & Regni Franciæ, ꝙ si aliqui qui peccauerunt in crimine hæresis sunt ab soluti à pœnitentijs minus iuste a quocunque ꝙ possunt corrigere, sic scribens. Authoritate uobis præsentium concedimus facultatem, ut si aliqui à pœnitentijs occasione prauitatis hæreticæ ipsis impositis à quocunque absque speciali mandato sedis apostolicæ minus iuste fuerint ab soluti: Vos errata huiusmodi ad salutem eorum, ne facilitas ueniæ ipsos (quod absit) ad ulterius peccandum protrahat, prouide corrigere, ipsosque in statum meliorem reducere ualeatis, contradictores, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentibus.

5 In concilio primo prælatorum † sic scribitur, utrum autem soli confessori credi debeat de absolutione & pœnitentia defuncti seu uiui, licet satis uideatur ꝙ non, ne quid tamen ecclesiæ possit impingi, domini Papæ responsio expectetur. Absoluti etiam per alios qui absoluere potuerunt ad uestram inquisitionem secundum modum præfinitum pœnitentibus, non iniunctam ab illis pœnitentiam iniungatis. Ad sententiam autem non potest procedere episcopus sine inquisitore si usque ad octo dies eius copiam habere posset, uel sine consilio & consensu suo, nec inquisitor eodem modo sine episcopo uel eius uicario, uel uicario capituli sede episcopali uacante, uel sine consilio & consensu episcopi, uel prædictorum uicariorum, ut supra habitum est immediate in capitulo de processibus, in fine, & hoc habetur in constitutionibus Clementis. In quibus etiam constitutionibus quædam quæ pertinent ad hoc capitulum ponuntur, ubi sic dicitur, inquisitoribus, & tam ipsorum quàm episcoporum seu capitulorum sede uacante super hoc deputatis commissarijs quibuscunque districtius iniungimus, ut prætextu officii inquisitionis quibusuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant. Nec scienter attentent ecclesiarum bona ob clericorum delictum prædicti occasione officij fisco etiam ecclesiæ applicare, quòd si secus in iis uel in eorum altero fecerint excommunicationis sententiæ eos subiacere decernimus ipso facto, a qua non possint (præterquam in mortis articulo) donec illis a quibus extorxerint plene satisfecerint de pecunia sic extorta absolui nullis priuilegiis pactis aut remissionibus super hoc ualituris. Notarij uero & officiales dicti officij, necnon & fratres & socij inquisitorum & commissariorum suorum qui dictos inquisitores aut commissarios secrete nouerit talia commisisse, si indignationem Dei & Apostolicæ sedis uitare uoluerint & offensam, ipsos grauiter

ter arguere & corrigere studeant in secreto. Quod si taliter ea sciuerint ut ea probare ualeant, si sit opus, hæc prælatis inquisitorum uel commissariorum eorundem ad quos id pertinebit, nūtiare solicite debeant. Qui quidem prælati inquisitores & commissarios prædictos reos inde repertos ab officiis ammouere, & ammotos aliter punire debite, seu corrigere teneantur. Prælatis autem inquisitoribus ue negligentibus agere præmissa, omnia nūciari per prædictos locorum ordinarios uolumus, quibus ut ea in apostolicæ sedis notitiam proferantur in uirtute sanctæ obediētiæ districte præcipimus & mandamus. Aduertendum diligenter tamen ꝙ non solum omnia quæ sunt in secundo tractatu pertinent ad hoc capitulum uerum etiam multa quæ continentur in capitulo prædicto de processibus tertii tractatus pertinent ad hoc capitulum unde ibi uideas diligenter.

DE executione sententiæ in crimine hæresis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ executio contra obstinatum relapsum & traditum brachio seculari ad quem spectet.*

2 *Sententiæ executio contra hæreticum redeuntem & conuersum ad quem spectet.*

3 *Bona hæreticorum conuersorum an posint per inquisitores confiscari in toto uel in parte.*

4 *Pœnæ pœcuniariæ impositæ hæreticis an possint ab eorum hæred bus exigi.*

5 *Sententiæ executio contra receptatores, fautores, & defensores hæreticorum pertinent ad inquisitores.*

6 *Fautores hæreticorum pœnitentium redeuntes ad uomitum qualiter puniantur.*

7 *Inquisitores liberi sunt in procedendo, sententiando, & exequendo.*

8 *Bona hæreticorum confiscata deuoluuntur ad cameram Papæ.*

9 *Episcopi qualiter prouidere debeant inquisitoribus de expensis.*

QVARTO



Varto & ultimo agendum eſt de executione ſententiæ, circa quod ſciendum, ꝙ aut ſententia fertur contra hæreticum & credentem, aut ſententia fertur contra recep. defen. & fau. uel impeditorem officij. Si ſententia fertur contra hęreticum, aut fertur contra hæreticum obſtinatum uel relapſum, & maxime in crimine, aut fertur contra redeuntē & conuerſum, ſi ſententia fertur cōtra obſtinatum† & relapſum in crimine, & traditur brachio ſeculari ſicut tradi debet, talis ſententiæ executio pertinet ad rectores ſeculares, ſicut patet per legem Fe. Commiſsi. § præterea, & per legem inconſutilem. §. & ut eorum, & in ſexto. ca. ut inquiſitionis negotium, & ſi in eadem ſententia confiſcantur bona, tunc, aut confiſcantur fiſco ciuitatis ſiue communis, aut confiſcantur fiſco eccleſiæ. Si confiſcantur fiſco communis tunc talis executio quantum ad uenditionem rerum & diuiſionem, & quantum ad multa alia, pertinet ad poteſtatem & rectorem ſecularem, ſicut tamen uidebitur inquiſitori. Hæc autem ſententia dari debet ab inquiſitore quando poteſtas omnia ſeruauerit quæ ſcripta ſunt in conſtitutionibus, & ſoluerit officialibus, & hæc omnia cōtinentur in primo tractatu, ſi uero bona confiſcantur fiſco eccleſiæ per ſententiam inquiſitoris, ſicut de iure, & rationabiliter confiſcari debent, quia iſtud crimen eſt mere eccleſiaſticum, quia eſt crimen læſæ maieſtatis diuinæ & eternæ, & quòd diuidantur talia bona à ſummo pontifice in tres partes, hoc eſt, quia quod ſuum eſt poteſt diuidere prout uult, quia alias non ſic diuideret bona alicuius ciuitatis. Et pro tanto ſic diuiſit ut prouocaret magis ac magis & communitates & eorum rectores ad auxilium inquiſitorum contra hæreticos & complices eorum. Sed quando communitates & eorum rectores non ſeruant ea quæ ſcripta ſunt in conſtitutionibus & maxime quando opponunt ſe officio, tunc omnia bona hæreticorum debēt confiſcari fiſco eccleſiæ, & eidem applicari, de qua quidem applicatione fit mentio in conſtitutionibus, ubi dicitur, ꝙ bona eccleſiarum non debent applicari fiſco eccleſiæ propter delictum clericorum, & hæc quæ dicta ſunt probātur per ea quæ continentur in interpretationibus inquiſitorū, & in conſiliis ſapientum. Itē condemnationes quæ fiūt à communitatibus ciuitatum, caſtrorum, burgorum, & uillarum, necnon et ſingularibus perſonis, ſecundum quòd continetur in conſtitutionibus ſupradictis, deberent etiam diuidi ſicut ſuperius dictum eſt, dūmodo rectores ciuitatum ita ſe habuerint ſicut dictum eſt in prædictis conſtitutionibus. De aliis uero condemnationibus quæ fiunt per inquiſitores non debet fieri aliqua diuiſio, ſed ipſe inquiſitor debet ſatisfacere officialibus & notarijs & expētibus ſecundum quòd ei uidebitur expedire.

& hoc

& hoc inferius melius apparebit.

2 Si uerò sententia†feratur contra hæreticū redeuntem & conuersum, siue redierit tempore gratiæ, siue sponte ante citationem, siue postquàm fuerit citatus & conuictus, siue timore mortis, siue post latam sententiā, tunc talis sententiæ executio pertinet ad inquisitorem, quia debet cogere tales ad seruandum pœnitentiam iniunctam, & si non seruauerint debet eos punire secundum quod superius continetur cum de rebellibus & contumacibus ageretur. Et cum de relapsis, & etiam cum de redeuntibus damnatis. Item possunt exigere pœnas pecuniarias, sicut patet per Innocen. in priuilegio, dicentem, super extirpatione prauitatis hæretice in locis in quibus contra hæreticos uobis inquisitionis officium est commissum, statuimus obseruandum, ut hæreticis credentibus recep. fau. & desens hæreticorum ipsorum ad mandatum ecclesiæ redeuntibus, sub certa pœna pecuniaria iungatis districte, quòd fidem catholicam firmiter teneant & ulterius hæreticis ipsis auxilium, consilium, & fauorem aliquem non impendāt, necnon mandatis ecclesiæ obediant, & obseruent præcepta quæ eis feceritis, uel unus uestram occasione ipsius hæreticæ prauitatis, & ab eisdem de soluen. huiusmodi pęna si secus fecerint cautio exigatur. Nos autem uobis & singulis uestrum cogendi per censuram ecclesiasticam appellatione remota tam redeuntes, uel recidiuantes ipsos, quàm fideiussores si opportuerit eorundem ad præstationem, uel solutionem huiusmodi pœnæ pecuniariæ ad quam se obligauerant uel obligarint, si (quod absit) in dictam pœnam inciderint concedimus authoritate præsentium facultatem. Et in alio priuilegio scribens Archiepiscopis & Episcopis & prouinciali prouincię Thol. sic dicit. nos fœlicis recordationis Gregorii Papæ prædecessoris nostri uestigiis inhærentes, uolumus ut bona mobilia & domus incarcerandorum pro hæresi quæ absque suorum præiuditio dominorum ac graui scandalo uendi poterunt, ac pœnæ pecuniariæ quasi per dictos fratres inquisitores quibuscunque pro hæretica prauitate prædicti utilitate negotii, & qualitate personarum, ac culparum quantitate pensatis, imponi contigerit; integre conseruentur, & pro carceribus separatis, & tollerabilibus faciendis, & ministrandis necessariis expensis incarcerandis, & eisdem dictis fratribus ac personis aliis quas ad præfatum negotium promouendum assumere ipsos oportet.

3 Et sic patet, †ꝙ hæreticis cōuersis possunt imponi per inquisitores pœnæ pecuniariæ, & per consequens recep. & fau. & non solum possunt imponi pænæ tales sed etiam bona possunt confiscari in toto uel in parte, unde idem Innocen. scribit Inquisitoribus Thol. in priuilegio ad extirpandam dicens. Quia casus hæreticorum sunt diuersi, ideo contra eos est ali

ter & aliter procedendum illam uolumus nos super huiusmodi cautelam & distinctionem habere. Quod contra manifestos hæreticos debeatis procedere prout hactenus processistis, contra uero illos qui manifesti non sunt, quibusque sunt pœnæ huiusmodi, uidelicet immuratio, gestio crucis, bonorum omnium uel partis eorum confiscatio, itineris longa peregrinatio, uel iis similes iniungendæ, usque ad consilium nullatenus procedatis. Igitur ex hoc apparet ꝙ bona hæreticorum redeũtium possunt cõfiscari per inquisitores in toto uel in parte, sicut & aliæ prædictæ quæ solum redeuntibus imponuntur possunt imponi.

4 Et non solum † prædictæ pœnæ pecuniariæ possunt imponi hæreticis & ab eis exigi, sed etiam possunt exigi ab hæredibus, unde Alex. in consultationibus. dicit, Quidam insuper ut adiicitis pro iis quæ commiserunt in hæresi astringũt se inquisitoribus sub obligatione bonorum suorum ad recipiendum ab eis pœnitentiam & complendam. sed licet iniuncta non tamẽ peracta, quin potius in toto uel in parte neglecta decedũt. Quæritur ergo, utrum inquisitores ipsi uel qui in eorum locum succedunt posint ad satisfactionem pro ipsis defunctis hæredes uel detentores bonorum sic credentium coarctare, Ad quod dicimus ꝙ si per huiusmodi pœnitentiam alii onus ad salutem proficiens impositum fuerit in bonis temporalibus exequendum, ad complementum ipsius per inquisitores cogi debent hæredes uel alii ad quos bona talium cum suo onere deuenerunt, & multo magis possunt cogi hæretici per inquisitores, & sicut inferius. in eo uero casu in quo huiusmodi hæredes ad successionem non deberent ob culpam sui auctoris admitti, non obstan. quòd auctoribus ipsis uiuentibus hoc non fuerit intercedente ipsorum morte per sententiam declaratum, ad cõfiscationem bonorum post mortem nihilominus procedatur. In vj. uero decretalis descriptionis sic dicitur. Si post mortem hæreticorum, qui dum uiuerent catholici putabantur bona ipsorum a catholicis eorum filiis uel nepotibus, aut extraneis quibuscunque spatio 40. annorum fuerint bona fide possessa. Sancimus eos super bonis huiusmodi etiam a Romana ecclesia in hoc casu non esse ulterius molestandos, quanquam illi quorum bona fuerunt tunc detegantur hæretici extitisse.

5 Si uero sententia † proferatur contra receptatores defen. & fau. & etiã contra impeditores officij, tunc executio sententiæ pertinet ad inquisitores. Vnde Alex. & habetur in vj. ubi sic dicitur. si uero pro iis quę in hęresim receptando uel defendendo hæreticos non tamen existens hæreticus quis commmisit sub obligatione bonorum suorum inquisitoribus se astrinxit ad recipiendum ab eis pœnitentiam & complendam, & ea uidelicet

delicet iniuncta non tñ peracta decessit, si per huiusmodi pœnitētiā onus impositum fuerit proficiens ad salutem, & in dictis bonis temporalibus exequendū, ad complementum ipsius per inquisitores cogi debent hæredes ad quos cum onere bona huiusmodi deuenerunt, & subdit. In eo uero casu quo hæredes &cæt. ut supra modo dictū est, & sic apparet quòd executio talium sententiarum pertinet ad inquisitorem.

6 Si uero †prædicti fau. & huiusmodi ad uomitum redierint, uel pęnitētias non seruauerint, inquisitores possunt eos punire, & ad seruādum pœnitentias compellere, unde in concilio primo prælatorum sic dicitur. Illi autem qui cum recep. def. fautoresue tantum extiterint & reconciliati fuerint, seu mandatis ecclesiæ iurauerint obedire, in culpam recidiuauerint abiuratam, seu pœnitentias contumaciter refugerint accipere uel implere, si postea moniti uel non moniti, reatum suum humiliter cognoscētes uoluerint emendare, receptis ab ipsis talibus & tantis securitatibus præter iuratoriam cautionem, ꝙ timore pœnæ temporalis debeant cohærceri, talem ei pœnitentiam iniungatis quæ metus possit esse aliorum, alioquin aduersus eos quantum de iure poteritis procedatis.

7 Qualiter autem †sint liberi inquisitores in procedendo sententiando & exequendo ostenditur in primo concilio prælatorum, ubi sic dicitur. & quidē cum discretioni uestræ dilecti in Christo filij negotium istud tam dominus Papa quā dominus legatus in plærisque prouinciis prouiderint committendum, hæc scribimus, non ut uos uelimus iis obligare consiliis uel arctare, cum non deceat cōcessam uobis districtam arbitrij libertatem, aliorum consiliis formis seu regulis q̄ sedis apostolicæ in ipsius negotij iudicium coarctari. Sed uestram deuotionē cupimus adiuuare, sicut & nobis ab ipsa sede apostolica est mandatum, ut qui nostra portatis onera, consilium a nobis & auxilium in ipso nostro negotio charitate mutua reportetis.

8 Quod bona †hęreticorum creden. recep. defen. & fau. & similium quę officio inquisitionis applicantur sint cameræ Papę, insinuat Papa Benedictus in constitutione, ex eo quod quædam nouella, ubi sic dicit. uerum quia nonnulli diœcesani partem partis prouentuum de hæreticorum bonis inquisitionis officio deputatæ propter expensas quas dum inquirunt in sæpe dicto negotio faciunt a uobis exigere moliuntur, hoc tanquàm iuri absonum (cum ordinarij sint) ideoque officium tale quod eis incumbit propriis opportet eos complere stipēdiis, fieri penitus prohibemus. Rationem autem diœcesani prouentuum ex inquisitionis officio a uobis non obstan. aliqua constitutione consuetudine uel mandato contra literas non exposcant, sed ea cameræ nostræ uel alij cui nos uel successo

res nostri Romani pontifices mandaremus reddenda reddatis, quæ generaliter obseruare debemus. Et sic patet quòd bona officij inquisitionis sunt cameræ domini Papæ.

9 Item non solum episcopi† non debent aliquid petere ab inquisitoribus pro expensis factis propter hæreticos sicut modo dictum est. Sed ipsi si exigunt pœnas quas incurrunt hæretici siue fautores, quia relabuntur, debent de iis facere expensas inquisitoribus. unde Innocen. in litera quam mittit Archiepiscopis & Episcopis Lombar. sic dicit. Cum per nostras uobis mandamus literas ut hæreticorum cred. recep. fautores & defensores qui post præstitam cautionem quod fidem catholicam firmiter teneant & ulterius hæreticis fauorem aliquem non impendant in id quod abiurauerant sunt relapsi, & quos in posterum labi forte contigerit ad soluendam pœnam ab ipsis promissam iuxta ordinationem fratris nostri Alban. Episcopi authoritate apostolica factam per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis, fraternitati uestræ ꝑ apostolica scripta mandamus quatenus de iis quæ taliter recipere uos continget, dilectis filiis priori ꝓuinciali ord. p̄di. & inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombar. Romādiola, Marchia Anchonitana, & Taruisina, & substituendis eis in expensis prouidere curetis ad inquisitionis huiusmodi officium opportunis. Datum &c.

Expliciunt tractatus Domini Ioannis Calderini De hæreticis, & forma procedendi contra de hæresi inquisitos. Quæ duo opuscula in exemplari manu scripto tam obstrusis, obscuris, & inuolutis caracteribus scripta erant, ut multa diuinando potius intellecta fuerint, quam quod legendo percipi potuerint explicite. ea tamen diligentia adhibita est, ut uerborū seruata explicatione quātum fieri potuit, omnium sententiarum clarum sensum studiosis conseruauerimus, labore & diligentia. D. Brunori Sole Iurisconsf. Veneti.

INDEX

INDEX

COMPLECTENS ORDINE ALPHAbetico omnia notatu & obseruatione digna, quæ tam in tractatu Calderini, quam in forma procedendi contra de hæresi inquisitos continentur. per Rubricas capitula, numeros, & folia distinctus.

Authore Domino Brunoro sole Veneto doctore.

N 3 *qualis*

Epi-

in

Forma

I

solum

Officialibus

Pœn iten-

R

O Re-

FINIS.

SERIES RVBRICARVM.

Quæ continentur in forma Procedendi contra de hæresi inquisitos.

De

F I N I S.